
00054881

THE
ASIATIC SOCIETY OF BOMBAY
TOWN HALL, BOMBAY-1.

Digitized with financial assistance from the
Government of Maharashtra
on 15 June, 2016

CASPARI BAUHINI,

Viri Clariſs.

ΠΙΝΑΞ

THEATRI BOTANICI

ſive

INDEX

IN THEOPHRASTI DIOSCORIDIS,

PLINII ET BOTANICORVM

qui à ſeculo ſcripſerunt

OPERA

PLANTARUM CIRCITER SEXCENTARUM

AB IPSIS EXHIBITARVM

NOMINA

cum earundem Synonymijs & differentijs

methodice

ſecundum genera & ſpecies proponens.

54881

OPUS NOVUM

ſummopere expetitum

ad Autoris autographum recenſitum.

IMPENSIS JOANNIS REGIS

clɔ Iɔc LXXI.

00054881

LECTORI BENEVOLO.

Peris hujus Autor, Galeni Præceptoris ſcripta legens, ſingulari fato, in hunc locum ipſius, qui tertio de Compoſitione Medicamentorum κατὰ γένη habetur, incidit. Quisquis (inquit) auxiliorum undique copiam libere volet, omnis materiæ, ſtirpium, animalium & metallorum, tum aliorum terreſtrium corporum, quæ ad Medicinæ uſum ducimus, expertus eſto; ut ex eis & exacta & notha cognoſcat. Deinde, in Commentario, quem de Simplicium Medicamentorum facultate prodidi, ſeſe exerceat. Niſi enim hoc modo inſtructus, ad præſentis operis præſidia veniat, verbotenus quidem medendi methodum ſciet, opus vero nullum ipſa dignum perficiet. Qua ſententia permotus, præter cæteras Medicinæ partes neceſſarias, ad Botanica, quæ auxilia medica ſubminiſtrant, animum ſtudiumque convertit: ea qua fieri potuit diligentia, non ſolùm Botanographos, tanquam mutos præceptores, legendo & relegendo ſedulo conſuluit: verum etiam vivos in Germania, Gallia & Italia, per aliquot annos peregrinando, varijs in Academijs coram attente audivit, de Plantarum hiſtoria, nominibus viribusque ſtudioſe inquiſivit: &, quod præcipuum erat, Plantas locis natalibus inſpiciendo, nullis moleſtijs, nullus laboribus nullisque ſumptibus pepercit, imitatus Dioſcoridis & Galeni exempla. Verum & ipſas Plantas cum autoribus contulit, qua fieri potuit induſtria, quo genio & ingenio, lectas, exſiccatas aſſervavit, ut ingentem earum theſaurum aliquot millium, præter fructus, ſemina, ligna, &c. collegerit.

Nec his cententus, ad veriorem & certiorem cognitionem, plures Medicinæ ſtudioſos, Galliam, Italiam, aliasque regiones adeuntes, rogavit, ut omnis generis Plantas, etiam vulgatiſſimas (ipſa quoque Gramina & Trifolia) colligerent & tranſmitterent. Quod quia liberaliter ab ipſis factum, eorum nomina gratitudinis ergo, peculiari Catalogo conſignata adjunxit. Inſuper, hinc inde, literis ad plurimos Viros Clariſſimos, rei plantariæ peritos, Germaniæ, Galliæ, Italiæ, Angliæ, Daniæ, Belgij, Cretæ in Græcia, ſollicitare non deſtitit, ut plantas tranſmitterent, vel de illis ſuam ſententiam, in bonum publicum exponerent: idque à multis, prona benignaq; mente abunde factum, grato animo agnovit, ipſoſumque honorificam mentionem fecit. Nihil autem eorum, quæ ſtudioſis in hoc diſciplinæ genere, (uti & in alijs,) utile fore exiſtimavit, intentatum reliquit. Eos frequenter, ad Vegetabilium inſpectionem & cognitionem manuduxit. Varijs utiliſſimis ſcriptis, in publicum editis, Plantarum ſtudium illuſtravit & auxit. Verum cum, quæ terra, entium horum beneficientiſſima parens, ſinu ſuo complectitur φυτὰ, ad infinitum pene numerum accedant, ſicque huic ſtudio difficultas inde maxima oriatur: autorum quoque diſſenſus, atque ἀμεθοδία, hancce εὐσχολίαν augeat & exaggeret, hæc ne ab hac amœniſſima, humanoque generi à utiliſſima contemplatione, quemquam abſterreant, de methodo Plantarumq; Synonymijs cogitavit; quæ ambo in hunc ΠΙΝΑΚΑ contulit, Plantarum hocce μεθόδε καὶ συνωνύμων σύστημα concinnans: in quo eæ methodice, ſecundum genera & ſpecies, habita potiſſimum ratione formæ externæ, diſtributæ habentur. Pro ea autem qua fuit æquitate & modeſtia, aliorum labores benigne interpretatus, ſuum cuique religioſe tribuit, paremque benevolentiam ab alijs ſperavit, omnes hujus ſtudij cultores & aſſeclas, rogavit, ut, ſi animadverterent ſe (quod non dubitet, ſed ultro fateatur) alicubi lapſum eſſe, vel forte bis eandem Plantam reperiſſe, hujus ſtudij immenſitatem cogitent, quod fere Oceano ſimile dici poſſit. Nam, quemadmodum DEI in Oceano miracula

cula imperſcrutabilia ſunt: ſic etiam Botanicum ſtudium infinitum: imprimis, cum indies novæ Plantæ, tum alibi, tum in Indijs reperiantur. Paratus bene monentes audire, candide & amice monentibus gratias agere. Zoilum nunquam curandum putavit, cujus ſocij neque nunc attendendi: qui poſtquam hoc opere uſi ſunt, ſine quo nunquam in ſtudio Botanico progredi potuiſſent, convicijs illud impetunt, & filum, quo via ipſis per labyrinthi mæandros facta, turpiter dilacerare & conſpurcare tentant. Sed hæc eſt ſciolorum & maleferiatorum natura, qua ſolent melioribus obtrectare magis, quam laude dignum quicquam præſtare: hac ratione potius ſuam prodentes invidiam & malevolentiam, quam ut virorum bonorum & bene meritorum famam obſcurare poſſint. Editio autem hæcce recenſita eſt ad Autoris autographum: quicquid à priore mutatum, ipſius manu factum. Utere ergo, BENEVOLE LECTOR, aliorum laboribus ad DEI LAVDEM, in commodum tuum, & typographica errata operantium infirmitati condona.

ZACHARIAS ROSENBACHIUS,

Medic. Doct. & Professor in Illustri Schola Herbornensi, Corollario de methodo Plantarum, in Indice Plantar. Herbornæ Nassoviorum 1626. edito.

Rerum naturalium perfecte mixtarum tanta per Orbem terrarum ac maria diversitas est, ut eas omnes cognoscere, & in certas classes disponere, uni homini sit plane impossibile. Unus enim homo vix unam speciem, v. gr. pisces, vel aves, licet illi per totam suam vitam, mane & vesperi, noctu & inter diu, jugiter operam det, plene cognoscet. Inventi sunt tamen viri, qui heroico animo præditi, nullis sumptibus laboribusq; parcentes, ad quarundam specierum plenariam fere cognitionem pervenerunt, ut opera eorum satis testantur, &c. Sola res herbaria hucusq;, imperfecte ac sine certa methodo, tradita fuit. Quamvis enim de illa plurimi, tum veteres, tum recentiores scripserint, omnes tamen, vel paucissimas plantas proposuerunt, vel plures etiam ita permiscuerunt, ut nullus in eis stabilis ordo appareat. Unus CASPARVS BAVHINVS, *circiter sex millia plantarum primus proposuit, easq; omnes mirabili ordine, in Pinace theatri sui Botanici, digessit. Sentient nobiscum in hoc, quicunque vel mediocriter in re herbaria versati sunt. Tanto magis autem præceptorem etiam illum nostrum secuti sumus, quia omnes ejus plantas, seu hortum siccum, non semel, sed bis ac ter, non sine magna admiratione, ipsi spectavimus. Nec credimus, in tanta plantarum varietate, meliorem ordinem unquam à quoquam adeò facilè inveniri posse. Incipit enim ab herbis tritissimis, ut graminibus, progreditur per fruges, olera, & legumina, donec tandem ad*

frutices

frutices & arbores perveniat, hoc perpetuo obſervando, ut plantas, ſibi quoad externam formam maxime, vel viribus etiam internis, ſimiles, pulcherrimis numeris conjungat, diſſimiles, libris, ſectionibus ac titulis diverſis, elegantiſſime diſtinguat. Cæterum, miretur forte junior aliquis, cur princeps ille Botanicorum, cui palmam hac in re merito tribuimus, hunc Pinacem ſuum, opus XL. annorum, inſcripſerit, cum tamen liber parvus videatur, & multi ſint, qui etiam uno anno magnum volumen ſcribant ac publicent. Verum non librorum quantitas, ſed qualitas potius ſpectari debet. Sic qui Pinacem hunc legeri ac intellexerit, mirabitur, quomodo Autor Bauhinus eum tam cito abſolvere potuerit. Eſt enim revera omnium herbarum, ſuffruticum, fruticum & arborum, quæ in hortis, agris, pratis, vallibus, montibus, ſylvis, littoribus, & aquis totius terrarum Orbis naſcuntur, abſolutiſſimum compendium. Hujuſmodi libri facilius quidem oculis inſpiciuntur ac deſcribuntur, at materias ſingulas è remotiſſimis locis conquirere, methodice digerere, multis nova eaq; aptiſſima nomina imponere, easdem ad vivum deſcribere, pingere, doctorum virorum judicijs ſubjicere, ac poſteritatis memoriæ, cum centuplo fructu tradere, hoc vero opus, hic labor eſt, quem non noverunt niſi experti, & pluribus annis plurimum exercitati. Præſtat paucis verbis multa, quam multis pauca, vel nihil omninò dicere.

Gramen adeſt *Bulbus*q;, *Olus* atq; *Umbella*, *Venenum*,
Atque *Corona*, *Odor* & *Flos* eſt, veſcumque *Legumen*,
Carduus in ſpinis, *Frutex* ſuccedit & *Arbor*.

F. M.

Ad

Ad

CASPARUM BAUHINUM EΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ.

I.

CUI potiùs nectant benè olentia ſerta Napæa,
BAUHINE, quàm tibi, cedo?
Mille etenim herbarum, plantarum nomina mille
Collecta faſce uno doces.
Tot grates debent, quod habent ridentia plantas
Herbasq́ prata & frutices.
Cui potiùs violas, Junonia lilia, cuinam
Mileſias ſpargant roſas?
Floreat & viget nomen, BAUHINE, perenne
Tibi, dum roſæ & flores erunt.
Aſſyriosq́ Tibi ad cippum poſt fata Napææ
Fundant odores perpetim.

GEORGIUS REMUS, J. C. Noricus.

II.

LITTORA tot Ponti, tot campos viſere & Hortos
Deſine, tot Sylvas, tot prata, totq́ rupes.
Hæc loca quod Stirpes, totus quos proferat Orbis,
BAUHINI ſcriptis conſpice in Eiconicis.

PASCHALIS LE COQ, MED. apud Pictavienſes Decanus & Senior.

III. DE

III.

De plantis Graij ſcripſerunt atque Latini,
Scripſit Arabs, Teuto, Gallus, Iber, Italus:
De plantis quicquid ſcribunt Graij atque Latini,
Quicquid Arabs, Teuto, Gallus, Iber, Italus:
Omne hoc unus habet, BAVHINE, labore paratum
Pervigili, ingenio diſpoſitumq; tuo.
Imò alijs non viſa, velut te Lynce, pateſcunt,
Humanis deinceps uſibus utilia.
Ergò velut nomen planta una unúſve libellus
Iſtorum ſtudijs obtinuit celebre:
Sic quoq; Plantarum præſens opus, immortale
Dignum eſt Authoris nomen habere ſui:
Herbarumq; Tibi, BAVHINE, ſcientia laudem
Debeat, an Phœbo, lis erit hæc Medicis.

SIGISMVNDVS SCHNITZERVS,
Med. Bambergenſis.

IV.

QUID non BAVHINVS præſtat? nam ſublevat ægros;
Deſcribit Plantas; mortua membra ſecat.
Jactitet Herophilas, Veſalius atq; Galenus
Se jactent; noſter præſtitit auctor eos.
Illi parva docent magnis incluſa libellis;
Hic docet in parvis, magna ſtupenda, libris.
Qui BAVHINVM igitur non ſuſpicit, atq; miratur
In plantâ cerebrum calceve molle gerit.

LAVRENTIVS HOFMANNVS, HALLA-
SAXO, Phil. Med. & Chirurg. D.

)( )(V. ARTIS

V.

ARTIS dictator Medicæ clariſsimus hic eſt,
Noſtra cui haud ſimilem ſecla tulêre virum.
BAVHINVS ſcriptis toto celebratus in orbe
Perfectis, cujus nomen ubiq; ſacrum.
Quem ſtupet Auſonius, Gallus veneratur, Iberus
Miratur, Teuto cælica ad aſtra vehit.
Solo hoc Sole viget Plantarum notio vera,
Et Microcoſmi, quæ eſt hiſtoria ampla, patet.
Ut meritò Hic artis dicatur Apollo & Apelles
Tam clarè illuſtrat quæ latuêre prius.
Vivat BAVHINVS decus immortale medentum,
Perpetuò felix floreat & vigeat.

JOANNES CAROLVS Roſenberg/
Argentin. Med. & Ph. D.

NOMI-

NOMINA AUTHORUM
quorum operâ uſi ſumus.

ADAMUS Lonicerus: is herbarium Eucharij Röslin ſui in officio Francofurti anteceſſoris, Germanicè ſcriptum quartò auxit, & poſtremò an. 1569. prodijt: poſtmodum remoto Eucharij nomine, ſuum præfixit, & cum figuris 833. circiter, anno 1582. dedit. Francofurti.

ADAMI Zaluzanij, methodi herbariæ lib. 3. Francofurti 1604. 4.

ADRIANI Junij Medici, phallus ex fungorum genere in Holandia: Delphis 1564. 4. cum figura.

ADRIANI Spigelij Patavini Profeſſoris, Iſagoges in rem herbariam lib. 2. Patavij 1606. 4.

ADVERSARIORUM opus à Petro Pena & Matthia de Lobel, Londini anno 1570. editum, additis circiter 284. figuris: poſtmodum anno 1576. Antuerpiæ novus titulus præfixus, epiſtola ad Reginam omiſſa: cui operi Lobelius Obſervationes ſuas cum novis figuris junxit.

ÆGIDII Everhardij Antuerpiani, de herba panacea ſive Nicotiana commentariolus, ejus vires proponens: ejuſdem de uſu radicis Mecoachæ. Antuerpiæ 1587. 16.

ÆMILII Macri Veronenſis, poëſis de herbarum virtutibus, cum obſcuriorum ſuccincta expoſitione Georgij Pictorij Villingani Medici. Baſileæ cum figuris 52 ex Creſcentio. 1581. 8

ALEXANDRI Petronij, de victu Romanor[illegible] ſervanda lib. 5. Romæ 1592. 4.

ALOYSIUS Anguillara horti Patavini tertius in ordine præfectus, de plantis ſuam ſententiam diverſis communicavit: opuſculum in partes 14. diviſum, opera Johannis Marinelli Italicè prodijt (additis duabus figuris Chamæleontis & Sedi arboreſcentis) Venetijs 1561. in 8

ALOYSIUS Mundella, Medicus Brixienſis, horti Patavini ſecundus in ordine præfectus, Epiſtolarum librum unum (in quo 36. epiſtolæ) & Annotationes in Examen ſimplicium Braſavolæ ſcripſit: cum Epiſtolis Manardi ſimul cuſa, Lugduni 1556. in fol.

AMATI Luſitani in libros quinque Dioſcoridis enarrationes, additis diverſarum linguarum nominibus. Argentinæ 1554. in 4.

ANDREAS Bellunenſis notis in Avicennam.

ANDREAS Cæſalpinus Aretinus, in Acad. Piſana Profeſſor, de plantis lib. 16. ſcripſit, nullis figuris additis: prodiere Florentiæ 1583. Ejuſdem appendix ad hos libros, Romæ 1603. in 4.

ANDREÆ Lacunæ, commentaria in Dioſcoridem cum figuris Hiſpanica lingua conſcripta. Salmant. 1552. fol.

Ejuſdem annotationes in Dioſcoridẽ, in quibus Ruellij verſio caſtigatur. Lugduni 1554. 16.

ANDREÆ Theveti Coſmographia, Gallicè edita cum figuris aliquot plantarũ & animaliũ.

Ejuſdem ſingularitates Galliæ Antarcticæ ſive Americæ, cum 11. figuris plantarum, Gallicè: Lutetiæ 1557 4.

ANGELUS Palea & Bartholomæus ab Urbe, veterum Ordinis minorum obſervantiæ provinciæ Romanæ, annotationes in Antidotarium Meſues. Venetijs 1543. fol.

ANTONII Mizaldi de Sena opuſculum. Lutetiæ 1574. 8.

Ejuſdem hortorum ſecreta: item de Arborum inſitione & dendranatome. Ibid. 1575. 8.

ANTONII Muſæ Braſavoli Ferrarienſis, examen omnium ſimplicium quorum in officinis uſus eſt. Lugduni 1556. 16.

ANTONII Paſini annotationes & emendationes in verſionem Dioſcoridis à Matthiolo propoſitam: Italicè. Bergomi 1591 4.

APULEIUS Platonicus de Herbarum virtutibus, addita demonſtratione herbarum ſingulorum ſignorum Zodiaci, nec non & ſtellarum errantium. Lutetiæ 1528. in fol.

ATHENÆI Deipnoſophiſtarum lib 15 Græcolatin cum Dalechampij interpretatione. 1597 in fol.

AUGUSTINI Gilli Preſſani, de Agricultura, Italicè. Venetijs 1569. 4.

BARTHOLOMÆI Carrichteri liber, oſtendens ſub quo ſigno Zodiaci & [illegible] quo g[illegible] plantæ ſitæ ſint, & quando col[illegible], G[illegible] manicè. Argent. 1589. 8.

BARTHOLOMÆI Marantæ Venuſini, [illegible] methodus

thodi cognoscendorum simplicium lib. 3. Venetijs 1559. in 4.

Ejusdem de Theriaca & Mithridatio lib. duo à Camerario Latinè redditi. Francofort. 1576. 8.

BASILII Besleri fasciculus rariorum animalium, lapidum, maritimorum & fructuum, cùm iconibus fructuum 54. maritimarum plantarum 12. &c. In fig. oblonga, Norinbergæ.

Ejusdem Horti Eystettensis descriptio cum figuris 1083. Norinbergæ. 1613.

BENEDICTI Aretij descriptio montium Stocchornij & Nessi in Bernatum ditione, & stirpium in eis nascentium: cum Cordo impressa.

BERNHARDI Dessenij Cronenburgij Medici Coloniensis lib. 10. de composit. medicam. cum ingredientium explicatione, Francofort. 1555. in fol.

BERNHARDI Paludani Medic. Encusani, notæ ad Linscottij historiam Indicam, additæ Operibus Indicis.

BOTANICUM Francofurtianum: sunt icones Eucharij Rœslin cum solis nominibus.

CAROLUS Clusius, Dodonæi historiam vernacula lingua conscriptam, Gall[illegible] & corollarium de aromatibus addid[illegible] guris quæ separatim in octavo prod[illegible] 1560. in fol.

Idem Garziæ ab Horto dialogos d[illegible] bus & simplicibus Lusitanicè cons[illegible] Epitomen contraxit, Latinos fecit [illegible] tiunculis & figuris plantarum 30. [illegible] Antuerpiæ anno 1574. 8. cujus editio quinta [illegible] ctior, additis 36. figuris cum ejusdem exoticis 1605. in folio prodijt.

Idem Nicolai Monardis de medicamentis Indiæ Occidentalis, ex Hispanico translatis, notis & figuris 9. illustravit: Anno 157[illegible]. 8. cujus editio quarta cum exoticis excusa est.

Ejusdem Monardis lib. tertius ab eodem Latinè redditus, Antverpiæ 1583. in 8. cusus.

Idem Christophori Acostæ historiam ex Hispanico Latinam fecit, in epitomen contraxit, Scholijs illustravit, & anno 1582. edidit: tertiò verò additis sex figuris cum exoticis anno 1605. in fol. prodijt.

Idem de plantis per Hispaniam observatis, lib. duos scripsit, figuris 230. additis. Antuerpiæ anno 1576. in 8.

Idem de Simplicibus per Pannoniam & Austriam observatis libros quatuor conscripsit, figuras 353. addidit. Antuerpiæ 1583. in 8. Verum tam Hispanica quàm Pannonica historia alijs juncta in folio, anno 1601. excusa fuit.

Idem Historiam plantarum rariorum cum appendice & auctario, additis figuris 1135. anno 1601. Antuerpiæ publici juris fecit.

Idem exoticorum libros decem scripsit, quorum sex priores variam materiam circa animalia & plantas cum iconibus plantarum 194. continent. Item Garziæ lib. 2. Ch. Acostæ lib. 1. Nic. Monardis lib. unum, qui prius separatim prodière. Item Nicol. Monardis lib. 3. de lapide Bezoar & Scorzonera, de Ferro & Nive, Anno 1605. in fol.

Ejusdem curæ posteriores post mortem editæ, additis 27. figuris, & libello Gregorij de Regio de Pipere Indico. His additamentum (unica figura adposita) jungitur. Antuerpiæ 1611. fol.

CAROLI Stephani domus rustica *Gallicè* scripta, 1554. in 4.

Ejusdem de re hortensi libellus, Lugduni 1536. in 8.

Ejusdem Seminarium sive plantarium ea- [illegible] post hortos conseri solent, [illegible] in Phytopinace 2460. [illegible] Synonymijs [illegible] novarum planta- [illegible] Basileæ 1596. in 4. [illegible] opera omnia, in [illegible] non solùm [illegible] dedit, [illegible] ab ipso prim[illegible] descript[illegible] 1598. fol.

Idem Animadversion[illegible] generalem Lugduni cusam, in quibus [illegible] 400. figuras in illo opere bis terve positas & repetitas esse ostendit. Francofurti 1600. in 4.

Idem Jacobi Theodori Tabernæmontani historiam Germanicam correxit, maxima parte auxit: figuras novas plures addidit: nonnullas descripsit & parti primæ Synonymias adposuit. Francofurti 1613. in fol.

Ejusdem Prodromus sui Theatri Botanici, in quo circiter sexcentæ plantæ ab ipso primùm descriptæ, additis 140. novis figuris, Francofurti 1620. in 4. editus est.

Ejusdem catalogus plantarum circa Basileam

sponte nascentium, cum earundem Synonymijs & locis natalibus. Basileæ 1622. in 8.

CASPARI Pilleterij Middelburgensis Medici, plantarum synonymia alphabetico ordine proposita. Middelburgi 1610. 8.

CASPARI Schvvenckfeldij catalogus stirpium & fossilium Silesiæ. Lipsiæ 1601. 4.

CASTORIS Durantis Medici Romani, herbarium novum cum figuris plantarum quæ in tota Europa, India Orientali & Occidentali nascuntur Italicè, viribus Latinis versibus expressus: Ordinem alphabeticum observavit, & plantarum figuras 879. adposuit. Romæ 1585. folio.

CECHINI Martinelli discursus de Amomo & Calamo aromatico, Italicè. Venetijs 1604. 4. Ejusdem discursus examen, authore incerto, cum utriusque figura, Mantuæ 1605. 4.

CHRISTOPHORI Acostæ Africani Medici & Chirurgi historia eorum medicamentorum & Simplicium rariorum, quæ ex India Orientali in Europam adferuntur, Hispanicè primum, dein Italice editæ, additis 42 figuris Venetijs 1585. in 4. hanc in Epitomen contractam, Clusius Latinam fecit.

CHRISTOPHORI Encelij de re metallica lib. 3. & de Uva quercina. Francofurti [illegible] 8.

CLAUDII Galeni de [illegible] simplicium lib. 11. & alimentorum [illegible] medic. in [illegible]

C[illegible] pharmacopœ[illegible] [illegible]

CONRADI [illegible] historia plantarum & [illegible] Plinio & recentioribus Græcis [illegible] elementorum ordine [illegible]

Ejusdem [illegible] plantarum quadrilingues [illegible] in 4.

Ejusdem de Lunarijs & noctu lucentibus, cum figuris quinq; & montis Fracti sive Pilati Lucernarum descriptione Ibid. 1554. 4.

Ejusdem de hortis Germaniæ liber, cum appendice & Corollario ad Cordi historiam in quo figuræ quinque: cum Cordi operibus, Argentinæ 1561. fol.

Ejusdem de fossilibus, lapidibus & gemmis, cum maritimarum plantarum octo figuris, Tiguri 1565. 8.

Ejusdem Epistolæ medicinales per Casp. Wolfium editæ: addita de Aconito p[illegible] veratione cum tribus figuris. Tiguri 1577. 8.

Ejusdem de Stirpium collectione, per Wolfium edit. Tiguri 1587. 8.

CONSTANTINI Cæsaris de agricultura libri 20. opera Jo. Alexandri Brassicani editi Græcè: Basileæ 1539. 8. Iidem à Jan. Cornaro Latinè redditi: Basileæ 1540. 8.

CRISPINI Passæi junioris horti floridi partes duæ, florum, fructuum herbarumque icones, 325. cum brevib. descriptionibus secundum quatuor anni tempora. Arnhemij 1614. 8. forma oblonga.

DAVIDIS Kyberi lexicon rei herbariæ trilingue; item tabulæ collectionum per 12. menses Conradi Gesneri. Argentinæ 1553. 8.

EMANUELIS Svvertij florilegium, in quo præter figuras plurimas etiam 47. plantæ ex India utraque allatæ, hactenusque non descriptæ adduntur. Francofurti 1612. folio.

EUANGELISTÆ Quadramij Eremitæ, Theol. D. & Ducis Ferrariensis Simplicistæ, tractatus de Theriaca & Mithridatio: Ferrariæ anno 1597. in 4.

EUCHARII Rœslin Medici Francfordiani herbarium aliquoties Germanicè cusum, prius sub Jo. Cubæ antecessoris sui, dein suo, & quidem postremo anno 1546. cum 642. fig. Franc. in fol. tandem Ada. Loniceri nomine.

EURICII Cordi Simesusij Medici, Botanologicum per Dialogum propositum, Coloniæ 1534. 8.

FABII Columnæ phytobasanos cum fig. 34. Neapoli 1592.

Ejusdē de minus cognitis plantis partes duæ, quarum prima figuras 161. Romæ anno 1606. altera pars cum fig. 44. Ibidem 1616. cusa est.

FERRANTIS Imperati Neapolitani pharmacopœi historiæ naturalis lib 28. cum figuris lapidum, corallorum, spongiarum, &c. plantarum verò & fructuum 33 Neapoli 1599. folio.

FRANCISCI Alexandri Vercellensis Medici Apollo, de compositione medicamentorum, radijs duodecim constans. Venetijs 1565. fol.

FRANCISCUS Lopez de Gomara historia Indiarum generalis.

GABRIELIS Alphonsi de Herera, opus de Agricultura Hispanicè scriptum, per Mambrianum de Fabriano Italicè redditum, cum figuris 74. parvis. Venetijs 1557. 4.

GARZIÆ ab Horto, proregis Indiæ Medici, de aromatibus & ſimplicibus medicamentis apud Indos naſcentium hiſtoria ordine Alphabetico, per Dialogos lingua Luſitanica conſcripta, à Cluſio in epitomen contracta & Latinè facta.

GONSALVI Ferdinandi Oviedi, Indiæ Occidentalis hiſtoria generalis, à Dureto in Gallicum translata.

GREGORII de Regio, Capuccini, de Capſico libellus, curis poſterioribus Cluſij additus.

GULIELMI Turneri Angli, plantarum hiſtoria, Anglicè ſcripta, cum paucis figuris. Londini, folio.

HERMOLAI Barbari in Dioſcoridem Corollariorum libri quinque. Coloniæ 1530. fol.

Ejuſdem in C. Plinij naturalis hiſtoriæ libros caſtigationes. Baſileæ 1534. 4.

HIERONYMI Benzonis Mediolanenſis, novi orbis hiſtoria, per Urbanum Calvatonem Latinè reddita. Genevæ 1600. 8.

HIERONYMI Brunſuicenſis apodixis Germanica, Brunfelſij herbario addita. Argentinæ 1531. fol.

HIERONYMI Cardani de varietate rerum lib. 17. Baſileæ 1581. 8.

HIERONYMI Fracaſtorij [illegible] Lugduni 8.

HIERONYMI Tragi hiſt[illegible] Germanicè Argentinæ [illegible] Davidem Kyberum Latinè [illegible] bus 567. licet ad 800. deſcri[illegible] 1552. in 4.

Ejuſdem editio Germ[illegible] bitzio & Nicolao Agerio [illegible]

HISTORIA Generalis [illegible] per Joannem Molinæum [illegible] anno 1587. excuſa, in qua figuræ 2686. proponuntur, verùm circiter 400. bis terve repetuntur.

HONORII Belli Vicentini, Medici Cretenſis epiſtolæ de plantis ad Cluſium, cujus operibus additæ: nonnullas ad nos dedit, quæ necdum editæ.

JACOBUS Antonius Cortuſus patricius Patavinus & horti Patavini V. præfectus, à Matth. Dodonæo & alijs frequenter citatur ob plantas ipſis communicatas, à quo & ego Patavij accepi: nil edidit niſi Catalogum horti Patavini, cum ejuſdem areis, Italicè. Venetijs 1591. 8.

JACOBI Theodori Tabernæmontani hiſtoria Germanica tribus partibus edita cum figuris 2087. Francofurti 1588. fol.

Idem emaculatus auctus & plantarum deſcriptionibus & figuris ac med[illegible] plurimis, à C. Bauhino anno 1613. fol.

Ejuſdem icones cum nudo nomine Latino & Germanico. Francofurti 1590. in longa forma prodiére.

JANUS Cornarus Germanus, Dioſcoridem tranſtulit & ſingulis capitibus Emblemata addidit. Baſileæ 1557. folio.

INDIÆ Occidentalis partes decem cum additamento ad partem nonam, in folio.

INDIÆ Orientalis hiſtoriæ partes decem, in folio.

JOACHIMUS Camerarius, Matthioli hiſtoriam Germanicam per Hantſchium primùm verſam, & cum Matthioli figuris cuſam, rurſus emaculavit, novis iconibus 123. & notis auxit.

Idem Matthioli epitomen dedit cum figuris 1003. Francofurti 1586. 4.

Idem hortum Medicum & Philoſophicum ſcripſit: figuras 56. addidit. Francofurti 1588.

JOSEPHI Acoſtæ, hiſtoria Indiæ, addita tomis Indicis, à Cluſio Latinitate donata.

JO. CUBÆ, hortus ſanitatis Germanicè cum [illegible] Auguſtæ 1486. fol.

[illegible] Villæ libri [illegible]

[illegible] 1591. Franc. 8.

[illegible] meus, [illegible] Divis denomina-[illegible]

Idem de [illegible]

[illegible] ſcentibus [illegible] fig. 60, & pyrorum 40 additis: editus cum Hiſtoria de Balneo Bollenſi. Montisbelgarti 1598. 4.

JO. Bruyerinus Campegius Lugdunenſis, de re cibaria lib. 22. Francofurti 1622. 8.

JOANNIS Coſtæi de univerſali ſtirpium natura libri duo. Taurini 1578. 4.

Ejuſdem annotationes in Meſuem, cum operibus Meſuæi. Venetijs 1570. fol.

JO. du Choul montium Lugdunenſis agri præfectus, Lugdunenſem Pilati montem deſcripſit, duabus parvis figuris additis: cum Geſneri libello de Lunarijs prodijt. 4.

JOANNIS Dantzij Astensis, tabulæ Simplicium quæ apud Dioscoridem, Galenum & Pli[illegible] facultates continent: & de Simplicium [illegible]rum facultatibus, dialogi qua[illegible] 1545. fol.

JO. FRAGOSUS Hispaniarum regis Medicus & Chirurgus, aromatum, fructuum & simplicium aliquot ex utraque India in Europam delatorum historiam Hispanicè scripsit, Israel Spachius Med. Argentinensis edidit. Argentinæ 1600. 8.

JO. FRANCUS, hortum Lusatiæ sive Catalogum plantarum in Lusatia nascentium, additis Latinis & Germanicis nominibus scripsit. Budissinæ 1594. 4.

JO. Gerardi historia plantarum Anglica cum figuris ipsius Tabernæmontani: nonnullis etiam Lobelij: & insuper 16. novis additis. Ita ut sint circiter 2190. Londini 1597. folio.

JO. Hugonis Linscoti itinerarium ac navigatio in Orientalem sive Lusitanorum Indiam, cũ Bernhardi Paludani annotationibus. Hagæ comitis 1599. fol. jungitur etiam Historijs Indicis.

JO. Leonis Africæ descriptio.

JO. Lerius Burgundus, historiam Brasilianam Gallicè primum, deinde Latinè dedit. Genevæ 159[illegible] [illegible]

JO. M[illegible] Medici[illegible] lib. xx [illegible]

Ju. Mesue [illegible]

quæ [illegible]

fol. [illegible]

JO. Pona Pharmacop[illegible] Veron[illegible] in monte Baldo [illegible]

[illegible] icones [illegible]

16 additis [illegible] historiæ [illegible]

[illegible] & nonnullarum plantarum, ab Honorio Belli in Creta observatarũ, descriptiones cum fig. 38. addidit. Basileæ 1608. 4.

Idem auctus, cum alijs plurib. exoticis, ex Nobilissimi Nicolai Contareni Senatoris Veneti horto instructissimo acceptis, figuris 91. additis, à filio Francisco Pona Med. Doctore, in linguam Italicam translatus. Venetijs 1617. 4.

JO. Robini Botanici Regij, hortus Henrici IV. Regis Galliæ & Navarræ, cum figuris 214. Lutetiæ 1608. folio.

JO. Roderici Castelli albi Lusitani, index Dioscoridis, sive in Dioscoridis historiales campos exegemata. Antuerpiæ 1536. fol.

JO. Ruellij de natura stirpium libri tres. Basileæ 1537. fol. Ejusdem Dioscoridis versio.

JO. Sturmius Lovaniensis professor, de rosa Hiericunthica libellum scripsit. Lovanij 1608. 8.

JO. Thalij Medici Northusani, Sylva Harcynica, sive Catalogus plantarum in montibus & locis vicinis spontè nascentium, cum plurimarum descriptionibus cum Camerarij horto, novem figuris additis, editus Francofurti 1588. 4.

JO. Theodori de Bry florilegij partes tres. 1612. 1614. & 1618 folio.

JULII Cæsaris Scaligeri, animadversiones in Theophrasti libros sex de causis plantarum. Genevæ 1566. fol. Ejusdem in libros de historia plantarum. 8.

Ejusdem in libros duos de plantis Aristoteli inscriptos, commentarij Genevæ 1566. folio.

Ejusdẽ de Subtilitate l. 15. Francofurti 1576. 8.

LAURENTII Phrisij Synonyma, sive explicatio nominum medicamentorum in officinis usitatorum, Germanicè. Argentinæ 1535. fol.

LEONHARDI Fuchsij historia Latina cum 516. figuris. Basileæ 1542. fol.

Ejusdem icones seorsim editæ. Basileæ 1549. 8.

Ejusdem de composit. Medicamentorum lib. [illegible] Lugduni 1556. 16.

LEONHARDI Rauvvolfij Medici Augustani peregrinatio in Orientem, in qua plurimæ plantæ describuntur, & figuræ 42. apponuntur. Laugingæ 1581. 4. Icones hæ etiam in Appendice [illegible] Lugdunensis habentur.

LEVINI Lemnij de plantis sacris, Lugduni [illegible] cum F. Valesij sacra Philosophia.

L. Junij Moderati Columellæ de re rustica [illegible] de Arboribus liber unus. Lugduni 1541. 8.

LUDOVICI Jungermanni D. Catalogus plantarum circa Altorfium nascentiũ, à Casparo Hofmanno Professore recensitus. Altorfi 1615. 4.

LUDOVICI Romani navigatio in Orientẽ l. 7. Archangelo Madrignano interprete: cũ alijs qui novum orbem descripsere. Basileæ 1555. fol.

MARCELLI Virgilij Florentini Secretarij Dioscoridis interpretatio, cum ejusdem Commentarijs. Coloniæ 1529 fol.

MARCI Catonis de re rustica liber. Lugduni 1541. 8.

MARCI Terentij Varronis de re rustica libri tres. Ibid.

MARTINI Mylij, hortus philosophicus. Gorlici 1597. 8.

MAT-

MATTHÆI Sylvatici, opus Pandectarum. Venetijs 1499. fol.

MATTHIÆ de Lobel plantarum seu Stirpium historia, additis figuris 1476. cum Adversariorum volumine (prius tamen edito) adnexo. Antuerpiæ 1576. fol.

Ejusdem Icones seorsim cusæ, 2116. numero. Antuerpiæ 1581. in longa forma.

Ejusdem Adversariorum pars altera, cum rariorum simplicium Appendice, additis 39. figuris. Londini 1605. in fol.

Ejusdem Rondeletij pharmacia restituta, priori libro addita.

Ejusdem de Balsamo libellus & Zingibere, cum 5. figuris. Londini 1598. 4. qui Adversar. parti alteræ etiam jungitur.

MAXIMILIANI Transylvani de Moluccis epistola, cum novi orbis scriptoribus edita.

MELCHIORIS Guilandini quarti horti Patavini præfecti, Theon sive Apologia adversus Matthiolum. Patavij 1558. 4.

Ejusdem aliquot epistolæ de Stirpibus, ibid.

Ejusdem Papyrus sive commentarius in tria C. Plinij de papyro capita. Venetijs 1572. 4.

Ejusdem conjectanea Synonymica plantarum, cum Horti Patavini catalogo sub annum 1591. Jo. Schencki opera edita. Francofurti 1600. 8.

MONACHI in Mesuem, vide Angelus Palea.

NICANDRI Theriaca & Alexipharmaca, cum incerti authoris Græcis Scholijs. Venetijs 1523. 4. Ejusdem editio Græcolatina cum Gorræi Scholijs. Lutetiæ 1557. 4.

NICOLAI Clavenæ Bellunensis pharmacopœi, de Absinthio umbellifero, cum ejus figura, & de Scorsonera Italica, Venetijs 1610. 4.

NICOLAI Loniceni, de Plinij & aliorum erroribus & ejusdem quædam de herbis & fruticibus. Basileæ 1529. 4.

NICOLAI Maronæi Medici Veronensis, de Amomo commentarius, cum Jo. Ponæ montis Baldi descriptione editus.

NICOLAI Monardis Hispalensis medici, de simplicibus medicamētis ex Occidentali India delatis, lib. 2. Hispanicè scripti, à Clusio Latinè redditi, notis illustrati. Antuerpiæ 1574. 8. & editio quarta Clusij exoticis cum fig. 17. addita.

Ejusdem libri tres de Bezoar lapide, de Scorzonera, de ferro & nive. Ibidem.

Ejusdem libellus de Rosa & Citrijs Latinè scriptus, cum Clusij exoticis editus.

NICOLAI Winckleri Medici Hallensis de chronica herbarum, florum, seminum, radicum, succorum, animalium, & pluribus tempore singula legenda. Augustæ 1571. 4.

OTTHONIS Brunfelsi historia Latina tribus tomis prodijt: primus anno 1530. alter 1531. & tertius posthumus, anno 1536. Argentinæ, cum figuris 238. at sedecim bis positæ sunt; summatim cum & sine figuris 288. describuntur.

Idem & Germanicè scripsit, in folio cum ijsdem figuris, & in 4. parvis figuris additis. Argentinæ 1539.

PALLADII Rutilij, de re rustica lib. 14. Lugduni 1541. 8.

PAULUS Renealmus Blæsensis, specimen historiæ plantarum cum figuris 43. typis æneis expressis, edidit. Lutetiæ 1611. 4.

PEDACIUS Dioscorides Anazarbæus, de materia medica, & quidem editio Marcelli Virgilij, Goupilij, Asulani, Joannis Ruellij, Jani Cornarij, Jo. Antonij Sarraceni.

PEDACI Dioscoridis libri sex Ruellio interprete, cum parvis iconibus 350. additis cuilibet capiti hujus secundæ editionis annotationibus compendiarijs ab H. B. P. medico: item triginta icones stirpium nondum delineatarum. Jac. Dalechampio. Lugduni 1552. 8.

PETRI Andreæ Matthioli commentaria Italica cum magnis figuris 1568. Venetijs: ejusdem Italica, cum parvi figuris, 1563.

Ejusdem editio Germanica Camerariana.

Ejusdem editio à [illegible]

Ejusdem epitome anno 1571. edita.

Ejusdem epitome à Camerario correcta.

Ejusdem Epistolæ cum Commentarijs Francofurti editæ, cum Apologia in Amatum Lusitanum.

PETRI Bellonij Observationum libri tres à C. Clusio latinitate donati, additis plantarum figuris 10. Antuerpiæ 1589. 8.

Ejusdem de neglecta stirpium cultura, eodem ex Gallico vertente ibidem: & simul cum libris exoticorum Clusij editi.

Ejusdem de arboribus coniferis, resiniferis & sempiterna fronde virentibus, cum earundem iconibus octo. Parisijs 1553. 4.

Ejusdem de medicato funere & medicamentis, ca-

tis, cadaveris servandi vim habentibus. Ibidem.

PETRI Crescentij Bononiensis de agriculturæ partibus, plantarum & animalium natura & utilitate lib. 12. ante annos ducentos scripti. Basileæ 148[illegible] cum paucis figuris.

PETRI Pavvij horti publici Academię Lugdunobatavæ præsidis, ichnographia, descriptio, usus, & stirpium quas habet nomina. Leidæ 1603. in 8.

PETRUS Pena, vide Adversaria.

PHILIPPUS Pigafetta regni Congiani historiam scripsit, quę cum Indicis historijs edita.

POMPEIUS Sprecchis, Antabsinthium Clavenæ, cum figura Absinthij umbelliferi. Venetijs 1611. 4.

PROSPER ALPINUS, sextus horti Patavini præfectus, de Balsamo dialogum, ejus figura addita, scripsit. Venetijs 1591. 4.

Ejusdem de plantis Ægypti liber, cum figuris 46. & cum Medicina Ægyptiorum. Venetijs 1592. 4.

Ejusdem de Rhapontico, cum ejusdem figura. Patavij 1612. 4.

Q. APOLLINARIS liber experimentorum Germanicè sæpius editus cum 141. figuris. Argentinæ 1589. 8.

REMBERTI Dodonei Stirpium historiæ Belgicè scripta, & à Clusio Gallicè reddita (vide Clusium [illegible] mis in octavo [illegible] Icones [illegible]

Ejus[illegible] Antverpiæ [illegible]

[illegible]

sim cum novis figuris edita, in 8. Eadem simul juncta in libros triginta divisa. Antverpiæ anno 1583. in folio, cum 1305. figuris. Hæc historia denuo recusa Belgicè, cum cujusdam annotationibus prolixis, additis adhuc 36. novis figuris anno 1608. Latinè similiter ab authore emaculata paucis mutatis, & figuris quæ in Belgica editione habentur, cum descriptione additis, anno 1616. prodijt.

SIMONIS Januensis Clavis sanationis obscuriora vocabula ordine Alphabetico exponens. Venetijs 1486. fol. cum Sylvatico recusa.

TARQUINII Ocyori Dortmundani, de viginti radicibus adversus pestem probatis, cum earundem plantarum figuris, Germanicè cum Q. Apollinaris libello.

THEOPHRASTI Græci de historia & de causis plantarum, editio Græca Veneta 1552. 8. Basileensis, 1541. 4. & Gazæ versio Lugduni 1552. 8. cum Joannis Jordani correctione.

THOBIÆ Roelsij Medici Medioburgensis epistolæ ad Clusium: cum historia Clusij editæ.

THOMAS Hariot Insulam Virgineam descripsit: Clusius Latinè reddidit, est prima pars Ind. Occidentalis.

VALERII Cordi in Dioscoridem annotationes.

Ejusdem lib. 4. de stirpium historia, cum figuris [illegible] ex Trago & aliquot novis à Gesnero additis.

Ejusdem Sylva observationum, quæ omnia [illegible] Gesnero curante, Argentinæ 1561. in fol. edita.

Ejusdem dispensatorium sæpius recusum.

NOMI-

NOMINA EORUM QUI PLANTAS VEL SEMINA COMMUNICARUNT.

A Clatius, Medicus Alſterodamenſis.
Angelus Buſti dictus Vidua, Medicus Venetus.
Arnoldus Gillenius, Ducis Megapolitani Medicus.
Baſilius Beſlerus, Pharmacop. Norinberg.
Bernhardus Paludanus, Medicus Enchuſanus.
Caſparus Bartolinus, Haffniæ Medicinæ Profeſſor.
Caſparus Hoffmannus, Altorfij Medicinæ Profeſſor.
Caſparus Weckerlinus, Medic. Argent.
David Vaſmarus, Lubecenſis medicus.
Daniel Loritius, Ducis Wirtenberg. Med.
Everhardus Vorſtius, Lugd. Batavorum Medicinæ Profeſſ.
Fabius Columna, I C. Lyncæus.
Ferrandes Imperatus, Pharmacop. Neapolitan.
Franciſcus Pona, Medicus Veronenſis.
Fridericus Meyer, Argentin. p.m.
Fridericus Monavius Med. D.
Georgius Fueren, Medicus Hafnienſis.
Georgius Rumbaum, Med. Uratislav.
Georgius Spörlinus Baſil. Med. Candid.
Gregorius de Regio Capuccinus.
Henricus Heyl, Medicus Dantiſcan.
Hermannus Higius, Medicus Arnhemi.
Hieronymus Viſcherus, Med. Norinberg.
Honorius Belli Vicentinus, Medic. Cretenſis.
Jacobus Albinus, Medicus Hamburg.
Jacobus Antonius Cortuſus, quintus Patavini horti præfectus.
Jacobus Cargillus, Medicus in Scotia.
Jacobus Guilelmi Hooft Amſtelredam.
Jacobus Hagenbachius, Medicus Baſil.
Jacobus Zuingerus p.m. Medicus Baſil.
Joachimus Burſerus, Medicus Annæbergenſis.
Joan. ab Alen, pharmacop. Bremenſis.
Joan. Anatolius Privæus, Medicus Veſuntinus.
Joan. Backmeiſterus, Profeſſor Roſtochienſis.
Joan. Bauhinus, frater p m. Archiater Wirtenbergicus.
Joan. Fleiſſerus, Uratisl. Medicus.
Joan. Françus ſenior, Medicus Camicenſis.
Joan. Carolus Roſenberger, Poliater Wormat.
Joan. Henricus Cherlerus p.m. Med. Baſil.
Jo. Henricus Richinerus p.m. Med. Baſil.
Joan. Dortmannus, Pharmacop. Grüningenſis.
Joan. Neudorffer, Medicus Norinbergenſ.
Joan. Pona, Pharmacop. Veronenſis.
Joan. Prevotius, Med. Profeſſor & horti Patavini ſeptimus præfectus.
Joann. Rudolphus Saltzman, Poliater & Med. profeſſor Argentinæ.
Joan. Sigfridus Helmſtadi Medic. Profeſſor.
Joan. Terentius ex ſocier. Jeſu, qui ex India plantas miſit.
Joan. Michael Wolffhardus, Med. Roteburſ.
Laurent. Roſenau, Pharmacop. Lineburgenſis.
Laurentius Scholtzius ſenior p. m. Med. Uratislav.
Leonhard. Doldius p.m. Medicus Norinberg.
Lucas Juſtus, Baſil. Ducis Bipont. Medicus.
Ludovicus Fürer, Senator Northuſanus.
Ludovicus Jungermannus, Profeſſor Gieſſanus
Matthias de Lobel p.m. Icanographus.
Matthæus Liſter, Londinenſis Medicus.
Nicolaus Agerius, Pharmacopœus Profeſſ. Argent
Nicolaus Contarenus, Senator Venetus.
Olaus Worm, Doctor & Profeſſor Haffniæ.
Paſchalis le Coq, Pictavienſis, Med. & Profeſſ.
Philip. Steph. Sprenger p. m. Pharmacop. Heidelb.
Proſper Alpinus, Profeſ. & horti Patavini ſextus præfectus.
Samuel Sattler, Ducis Brunſuic. Medicus.
Thomas Platerus, Baſil. D. & Profeſſor.
Veſpaſianus Robinus, qui Lutetiæ hortum exoticis plantis inſtructiſſimum habet, & à quo plura expectamus.

EXPLI-

AD AVTHOREM
HERMANNUS van der Hagghen/ BELGA
Illuſt. Principis Auriaci & Reipubl. Arnemienſis.
in Geldria Med. ord.

PAVHINE Aonidum decus immortale ſororum,
Quas æterna tui laudes monumenta merentur
Ingenij, tum quanta tuis, quæ nuper in auras
Doctorum manibus paſſim vulgata feruntur,
Gratia debetur cœptis, non prenderit acri
Mente, aut facundo quis digno expreſſerit ore.
Non ſi Thebanus veniat redivivus ab Orco
Maximus, aut vates Italæ telluris alumnus,
Atq; his Mæonides ſocium ſe adjunxerit ipſe.
Tam dotes animi variæ, tam multa relucet
Omnibus in ſcriptis virtus præſtantia tanta,
Non modò ut æquales Medicorum ſcita ſequutis
Seu vivam licuit vocem exaudire docentis,
Seu ſcriptos oculis tantum evolviſſe labores
Dicere nil dubitent, ſe terq; quaterq; beatos:
Verùm etiam ſeri poſt ſecula longa nepotes,
Egregias memori ſolvent tibi pectore grates.
Quis genera herbarum ſeclis ignota priorum
Et fruticum plura & florum quis prodidit unus?
Quæ dum ſollicito nemoroſos lumine ſaltus,
Dum ſylvas, montesq; feros vallesq; reductas
Scrutaris, monſtrante DEO, & tua Vota juvante,
Eruis atq; oculis pulchrè ſpectanda dediſti:

Gallia

Gramen eriophorum, Dod.
Linum pratenſe, Geſ. col. Lon.
Gnaphalion Tragi, Lugd.
Pſeudolinum, Caſt. icon.
Gramen junceum lanigerum, Thal.
Gramen tomentoſum, & Linagroſtis, Tab.
Gramen tomentarium, Ger.

a. Nonnunquam contractis pediculis tanquam pappus conſpicitur.

III. Gramen tomentoſum alpinum & minus: 28. in Prod. ex Rhætia D. Burſerus attulit.

GRAMEN SPARTEUM.

Αἰνόσπαρτον, Theoph. Spartium Plinio.

I. Gramen ſparteum 1. paniculâ comosâ.
Spartum Plinij, Cluſ. Lob. Lugd.
Spartum herba, Dod.
Spartum Plinij 1. Tab. Ger.
Juncus Ibericus ſive Hiſpan. Dalech. in Plin.

II. Gramen ſpart. 2. panicula brevi folliculo inclusâ.
Spartum herba alterum, Cluſ. hiſt.
Spartum alterum Plinij, Lob. Lugd. Tab. Ger.
Sparti herbæ alia ſpecies, Dod.

III. Gramen ſparteum ſpicatum folijs mucronatis longioribus, vel ſpicâ ſecalinâ.
Spartum tertium, Cluſ. Lugd.
Spartum herba 3. maritimum, Cluſ. hiſt.
Spartum noſtras, Lob.
Spartum 5 & Plinianum 3. Tab.
Spartum Anglicanum, Ger.

IV. Gramen ſparteum ſpicatum folijs mucronatis brevioribus.
Gramen ſparteum 1. Tab.
Spartum Anglicum 2. Ger. tit.

V. Gramen ſparteum ſpicatum latifolium.
Spartum noſtras alterum, Lob. ico.
Spartum 6. vel Plinianum 4. Tab.
Spartum herba 4. Batavicum, Cluſ. hiſt.

VI. Gramen ſparteum juncifolium.
Spartum noſtras parvum, Lob. ico.
Spartum 7. vel Plinianum 5. Tab.

VII. Gramen ſparteum Baſileenſe capillaceo folio: 29. in Prod.

VIII. Gramen ſparteum minus, vel Holandicum: 30. in Prod.

IX. Gramen ſparteum Monſpeliacum capillaceo folio minimum: 31. in Prod.

X. Gramen ſparteum ſetas equinas referens: 32. in Prod.

Ex Java Inſula allatum: cujus videtur mentio facta in Cluſij curis poſterioribus, ſub herbâ, Sparto Hiſpanico, non abſimili.

XI. Gramen ſparteum pennatum.
Spartum Auſtriacum, Cluſ. pan.
Gramen 9. vel junceum, Dod.
Gramen pinnatum, Dalech. Lugd. 5.b
Variat juba colore: eſt flavo, & etiam candido.

XII. Gram. ſpart. variegatum: ſub 33. in Prod. Sparti nomine D. Jungermannus miſit.

GRAMEN JUNCEUM ET Spicatum.

I. Gram. foliolis junceis oblongis, radic. alba
Gramen junceum Dalech. Lugd.

II. Gramen foliolis junceis brevibus majus radice nigrâ: 34. in Prod.

III. Gram. foliolis junceis brevibus minus.
Exile gramen durius, Lob.
Gramen exile, Lugd.
Gramen minus duriuſculum, Tab. Ger.

IV. Gramen exile Nicæum: de quo paucis. Busbequius in ſuo Itinerario.

V. Gramen foliolis junceis radice jubatâ.
Gramen exile durius Nortvegicum aut Danicum, Lob. ad par. 2.

VI. Gramen paluſtre junceum racemoſo ſemine: 35. in Prod.

VII. Gramen junceum polyſtachion.
Gramen junceum 2. vel junceum aquaticum majus, Tab.
Gramen junceum aquatic Ger.

IIX. Gramen junceum folio articulato ſylvaticum.
Gramen junceum 1. vel ſylvaticum nemoroſum, Tab.
Gramen junceum ſylvaticum, Ger.

IX. Gramen junceum folio articulato aquaticum.
Gramen aquat. alterum, Lob. ico.
Arundo minima, Lugd.
Gramen junceum polycarpon, Thal.
Gramen aquaticum, Tab. Ger.

Habetur majus & minus Thalio monente: in majore, poſt fœniſecium, caulis novus palmaris excreſcit, cui non amplius capitula corymbacea inſident, ſed utriculi unciales paleacei in capillamenta fiſsi, modo virides, modo purpuraſcentes: rariſsimè cum corymbis utriculi reperiuntur.

X. Gramen junceum folijs & ſpicâ junci.

Gramen canarium alterum, Lob.

8.a Variat: nam Gallicum folijs eſt nonnihil villoſis: Germanicum vero; folijs eſt glabris & cauliculis minus erectis.

III. Gramen dactylon folio arundinaceo minus cum appendice.

Gramen vulgare Dalechampij, Lugd.

Fortè cum ſecundo idem.

IV. Gramen dactylon folio latiore.

Sanguinaria Nevenaræ, Trag.

Canaria Plinij, & Galli crus Apuleji, Ang.

Coronopus, Leoniceno.

Iſchæmon, Geſ. cat. Cluſ. hiſt. Tab.

Iſchæmon vulgare, Ad. Lob. Ger.

Iſchæmon Plinij, Cluſ. hiſt. quoad iconem.

Gramen Iſchæmon Plinij, Lugd.

Variat ſpicis, plerumq; quinis & ſenis: rarò quaternis: rariſſimè ternis.

V. Gram. dactylon anguſtifol. ſpicis villoſis.

Iſchæmon ſecundum, Tab.

Spicis tribus, 6. 7. & 10. variat.

VI. Gramen dactylon ſcoparium.

Gramen ſcoparium iſchæmi paniculis Gallicum, Lob. ad par. 2.

VII. Gramen dactylon aquaticum.

Gramen aquaticum geniculatum, Tab. Ger.

IIX. Gramen dactylon eſculentum.

Gramen mannæ, Matth. Caſt.

Gramen aculeatum, Sanguinaria, Capriola, Leon. Ruel. Ama.

Frumentem, German. Schwaden / Oryzæ ſpecies, Cord. in Dioſc.

Gramen album ſeu hirſutum, Geſ. hort.

Manna cœleſtis Germanis, Eidem.

Gramen Mannæ eſculentum, Ad. Lob. Ger.

Gramen Mannæ primum, Dod. Tab.

Gramen aculeatum 1. Plinij Thal.

Graminis genus quod in German. feritur, Cæſ.

Gramen Mannæ prius Matth. & prius Dod. Lugd.

GRAMEN PANICEUM.

I. Gramen paniceum ſpicâ divisâ.

Panicum ſylv. Matth. Ad. Caſt. Cam. Lugd. Tab. Ger.

Panicum Herbariorum ſylveſtre, Lob.

Gramen Mannæ alterum, Dod. Lugd.

Milium ſylveſt. & ſupinum, Cluſ. hiſt.

Panicaſtrellæ ſpecies, Cæſ.

an Milium ſylveſtre Iſchæmum, Ang.

Spica ſubinde ſingularis, non rarò multiplex, eaque modò herbacei, modò atroruben-8 tis coloris eſt.

II. Gram. panic. ſpicâ ariſtis longis armatâ.

Panici effigie gramen ariſtis circumvallatum, Lob. icon.

Gramen paniceum Ger. ſecundum, Tab.

III. Gramen paniceum ſpicâ ſimplici: Ἐλευσίνιον μέγιστον.

Lolium ſextum, Miliaria herba Plinij, Trag.

Panici effigie gramen ſimplici ſpicâ, Lob. ico.

Panicaſtrella, Cæſ.

Panicum ſylveſtre aliud, Dalech. Herba alba fortaſsè Plinij, Lugd.

Gramen paniceum primum, Tab.

Gramen cyperiodes ſpicatum, Ger. ico.

Variat: aliquando enim ſpicâ oblongâ: aliquando brevi & rotundâ.

IV. Gramen paniceum ſpicâ aſperâ.

Lolium 7. Phalaris ſylv. Dioſc. Trag.

Gramen geniculatum, Tab. Ger.

Variat: Monſpelij palmo minus: apud nos erectum & cubitale.

V. Gramen paniceum ſpicis nigris.

Panici effigie gramen 3. Lob.

Gramen paniceum, 3. Tab.

Gramen paniceum parvum, Ger.

GRAMEN MILIACEUM.

I. Gramen ſylvaticum paniculâ miliaceâ ſparsâ.

Gramen miliaceum, Lob. ico. Cam. Tab. Ger.

Gramen pratenſe 4. Dod.

II. Gram. mont. paniculâ miliaceâ ſparsâ: 50. in Prod.

III. Gramen arundinaceum paniculâ miliaceâ: 51. in Prod.

GRAMEN SORCHINUM.

I. Gramen Sorghi paniculâ erectum.

Gramen ſorghi effigie, Lob. ico.

Gramen ſorghinum, Tab. Ger.

Gramen pratenſe 5. Dod.

II. Gramen arundinaceum Sorghi paniculâ ſparsâ: 52. in Prod.

GRAMEN SPICA TRITICEA & Secalina.

I. Gramen latifolium ſpicâ triticeâ latiori compactâ: 53. in Prod.

Variat latiore & anguſtiore folio.

II. Gra

JUNCUS LÆVIS
ὁλόχοινος.

I. Juncus ſeu Scirpus Indicus.
Juncus Indicus poroſus, Cluſ. cur. poſt.
an ex hoc Junco parantur tapetia in Guinea: Linſc. part. 2. Ind. or. c. 4. & ex hoc Scirpóve viridi, ſportulas, ſtoreas, ſtragula & pileos in Guinea puellæ conficiunt: par. 6. Ind. or. c. 7. & apud Bantanos, pilæ luſoriæ: par. 5. Ind. or. fig. undecima.

● II. Juncus maximus, ſive Scirpus major quamvis veteres Scirpum à Junco diſtinxiſſe videantur.
Mariſcus Plinij.
Juncus paluſtris major, Trag. Tab.
Juncus grandis Holoſchœnos, Cord. in Dioſc. Geſ. cat. Dod.
Scirpus, Junci tertia ſpecies, Lac.
Juncus tertius holoſchœnus, Ang. Caſt.
Juncus & Scirpus, Lon.
Juncus aquaticus maximus, Ad. Lob. ico. Ger.
Juncus lævis aquaticus maximus, Thal.
Juncus rotundus 3. Cæſ.
Juncus lævis, Ger. ico.
Holoſchœnos Theophraſti, Lugd. deſc.

III. Juncus ſive Scirpus medius.
Juncus ſylvaticus, Tab.
Juncus aquaticus maximus, Ger. ico.

IV. Juncus lævis paniculâ ſparsâ major.
Juncus vulgaris alter, Trag.
Juncus oxyſchœnos, Ang.
Juncus lævis (ſeu lenis.) Cord. in Dioſc. Dod. Lugd. ſive Oxyſchœnos vulgaris:
Juncus lævis vulgat. Ad. Thal. paniculâ ſparsâ, Lob. ico.

V. Juncus lævis alter.
Junci lævis aliud genus, Lugd.
Ex hoc, medulla prorſus nivea ad lucernarum lumina extrahitur.

VI. Juncus lævis paniculâ ſparsâ minor.

VII. Juncus lævis paniculâ non ſparsâ.
Juncus, Matth. Lac. Caſt.
Juncus lævis, Lugd.
Juncus lævis glomerato flore, Lob. ico.
Juncus paluſtris minor, Tab.
an Juncus rotundus primus, Cæſ.

VIII. Juncus exiguus montanus mucrone carens: 2. in Prod.
an Juncus lychnanthemos tenuis, Thal.

IX. Juncellus inutilis: 3. in Prod.
Chamæſchœnos, Geſ.
Huc referendus eſt
Juncellus omnium minimus, Ad.

JUNCUS ACUMINE REFLEXO.

I. Juncus acumine reflexo major.
Juncus lævis, Geſ. cat. Tab.
Juncus melancranis, & Juncus oxyſchœnos fœmina, Lugd.
an Juncus lychnanth. tenuis major, Thal.

II. Juncus acumine reflexo alter: 4. in Prod.

III. Juncus acumine reflexo minus vel trifidus: 5. in Prod.

JUNCUS CAPITULIS
Equiſeri.

● I. Juncus capitulis equiſeti major.
Juncus aquaticus min. capitulis equiſeti, Lob.
Juncus clavatus, Dalech. Lugd.
Juncus alius fœcundus, Eid.
Variat ſcirpis latioribus & triplo anguſtioribus.

II. Juncellus capitulis equiſeti minor & fluitans: 6. in Prod.

JUNCUS CAPITULO LANUginoſo & bombycino.

I. Juncus capitulo lanuginoſo: ſive Schœnolaguros: 7. in Prod.

II. Juncus alpinus bombycinus: 8. in Prod.

JUNCUS FLORIDUS.

I. Juncus floridus major.
Calamagroſtis 2. Trag. prima, Lugd. cui etiam Calamagroſtis leucanthemos.
Sparganium, Dod. gal.
Juncus floridus, Matth. Caſt. Lugd.
Gladiolus paluſtris, Cord. hiſt. & Ger.
Gladiolus aquaticus, Geſ. cat. Dod.
Carex alterum, Lon.
Juncus cyperoides floridus paludoſus, Lob. Ad. &
Juncus cyperoides paludoſus, Eyſt.
Juncus cyperinus floridus, Tab.
Butomos Theoph. Cæſ.
Quibuſdam Butomos Theoph. 1. hiſt. 8. & 4. hiſt. 9. 11. 12. aliis Gladiolus Ejuſdem 1. hiſt. 8. & 16. Item 4. hiſt. 9. 10. 11. nonnullis Sparganium Dioſcorid. l. 4. c. 21. Flos colore eſt in purpura diluto: at Tragus candido notat.

II. Juncus floridus minor: 9. in Prod.

NAR-

NARDUS.

NArdus Dioſc. l. 1. forte à Naardo urbe Syriaca, Euphrati contermina: aliis Ναρδόσταχυς, *quam inter aromata Dioſcorides: inter odorata ad unguenta, Theoph. hiſt. 7. recenſuit.*

Genera Dioſcorides plura fecit, & cap. 6. differentias multas, loco natali ſolùm differentes, propoſuit, omnibus in uno monte naſcentibus: ut Syriacam, Occidentem verſus Syriam reſpiciente: Indicam, Orientem verſus ad Judæam vergente: hæc duplex, una in monte, altera ad radicem montis, non procul à præterfluente Gange, quæ Gangitica, quæq; omnes ſimul adferuntur: addit & Sampharitican: de reliquis ſpeciebus infrà l. 4. agemus. Plinius de Nardo & ejus differentiis l. & cap. 12. verba fecit.

I. Nardus Indica, quæ ſpica, Spica nardi, & Spica Indica Officinis.
Nardus, Ruel. Cord. in Dioſc. Geſ. cat Lac. Tur. Lob.
Nardus Indica, Matth. Cord. hiſt. Lon. Caſt. Lugd. Tab. Ger.
Spica Nardi, Ang. (cui Nardus Gangitis Dioſ.) Mundel. Amat. (& Indica ſpica.) Ad. Lob. ico. Acoſt. Cæſ. (qui ex Algarum genere eſſe ſtatuit,) Lugd.
Spicæ nardus, quam frumenti more ad duarum vel ternarum ſpithamarum altitudinem excreſcere ſcribunt: in 4. part. hiſt. Ind. Orient. cap. 39.

Hæc à Syriaca & Gangetica, tantùm natalibus differre videtur.

II. Nardus ſpuria Narbonenſis.
Nardus Gangitis ſpuria Narbonæ, quæ Gangitidi Dioſcoridis prorſus quadrare videtur, Ad. Lob. ico.
Nardus ſpuria Narbonenſis, Lugd.
Nardus Narbonenſis, Ger. adulterina, Tab.

CYPERUS ET EIUS Species.

Κύπειρος aut Κύπερις, *à radicis effigie, quæ pyxidulam aut vaſculum puſillum imitatur, nomen accepiſſe videtur.*

Genera duo Dioſcorides l. 1. recenſuit: alterum radice rotundâ, quod Officinarum Cyperus eſt: alterum Gingiberis effigie, quod in Officinis Curcuma dicitur. Theoph. 4. hiſt. 11. Cyperum (Gladiolum Gaza vertit) radice inæquali eſſe ſcribit, partim craſſa carnoſa, partim gracili & ſurculoſa. Plin. l. 21. c. 18. Cypero radicem olivæ nigræ ſimilem tribuit, & cùm oblonga ſit, Cyperidem vocari.

Cyperus alius amarus, alius dulcis eſt: amarus, vel odoratus, vel indorus: uterque vel rotundus, vel longus: dulcis verò vel anguſtifolius, vel latifolius eſt.

CYPERUS ROTUNDUS odoratus.

Κύπειρος στρογγύλος.

I. Cyperus rotundus Orient. major.
Cyperus rotund. Hoduëg Ægyptijs, Alpino.
Cyperus Dioſc. major rotundus, Ad.
Cyperus rot. Orient. maj. vel Babylonic. Rauvv.
Cyperus major Syriacus, Cam. in Matth.
Cypero rotundo ſimilis, Cæſ.

II. Cyperus rotundus Orientalis minor.
Cyperus rotundus minor, Ad.
Cyperus minor Creticus, Cam. ad Matth.

Orientalis cortice eſt fuſco; Creticus verò nigro.

III. Cyperus rotundus vulgaris.
Cyperus, Trag. Lob. ob; cui & Juncus quadrat. Celſi.
Juncus anguloſus & triangularis, Plinio.
Cyperi prima ſpecies, Ama.
Cyperus rotundus, Cord. in Dioſc. Geſ. hort. Dod. Lob. ico. Lon. Tab. Ger.
Cyperus alter radice olivari, Cæſ.

IV. Cyperus rotund. minimus Hiſpanicus.
Cyperus rotundus pumilus, Cluſ. cur. poſt.

CYPERUS ROTUNDUS inodorus.

I. Cyperus rotundus inodorus ex Florida.
Radix S. Helenæ, Monar. Cluſ. exot.
Pater noſter S. Helenæ, Caſt.
Pater noſt. vel radix S. Helenæ Monardi, Lug.
Galangæ ſimilis radix ex Florida, Frag.

●II. Cyperus rotundus inodorus Anglicus.
Cyperus rotundus inod. littoreus, Lob. Lugd.
Pſeudocyperus, cujus herbam Noccum in Hetruria vocant, Cæſ.

●III. Cyperus rotundus inod. Germanicus.
Cyperus aquaticus ſeptentrionalis, Lob.
Cyperus aquaticus, Lugd.
Cyperus rotundus, nigras inodoras radices habens, Cam.

CYPERUS LONGUS odoratus.

•I. Cyperus odoratus. radice longâ: ſive Cyperus Officin.
Cyperus radice gracili & ſurculoſa, Theoph.
Cyperida, Plinio.
Cyperus, Matth. (qui & longum & rotundum vulgarem una fig. exprimit, ut & Lugd) Ang. Fuch. Tur. Lac. Geſ. cat. (qui & Juncus angulosus) Caſt.
Cyperus Romanus, ſive longus, Cord. in Dioſc.
Cyperus longus habitior, Ad.
Cyperus longus odoratior, Lob. Lugd.
Cyperus longus, Cord. Geſ. hor. Dod. Cam. Tab. Ger.
Cyperi ſecunda ſpecies, Ama.
Cyperus primus & major, Cæſ.
Galanga ſyl. longa, Germanis.

II. Cyperus longus odorus Peruanus.
Radix contrayerva, id eſt, venenis adverſans, Monardi.
Radix contra venena, Lugd.

CYPERUS LONGUS INodorus.

I. Cyperus longus inodorus Peruanus.
Drakena radix, Cluſ. ex. Lugd.
Bezoardica radix, Tab.

II. Cyperus longus inodorus Orientalis.
Radix Drakenæ affinis, Cluſ. ex.

III. Radix contra venenatas ſagittas.
Tarvpara radix in Guiena cujus ſucco vulnerati ſanantur: par. 8. Ind. Occid.

IV. Cyperus longus inodorus Germanicus.
Cyperus longus inodorus ſyl. Lob. ico.

V. Cyperus longus inodorus ſylvaticus, vel montanus: hic in Prodromo deſcribitur.

CYPERUS ESCULENTUS.

•I. Cyperus rot. eſculentus anguſtifolius.
χοινοναῖον, Geſ. hor.
Traſi, Matth. Caſt. Cæſ. Lugd. Frag.
Herba radice magnitudine avellanæ, Cord. ob.
Juncus avellana, Ama.
Traſi Veronenſium, Ad. Lob.
Dulcichinum, Geſ. hor. Guil. Dod.
Holoconitis Hippocratis, Fabric.
Cyperus dulcis, Theoph. Cam. Tab.
Cyperus eſculentus, Ger.
Malinathalla [quaſi valdè regerminans] Theophraſti, Ægyptiorum, & Anthalium Plinij, Dalech. in Plin. Cæſ. Colum.
Margaritæ Ægyptiæ, Autori libri Ariſtotelis, de plantis, Dalech. in Plin.
Traſi folio cyperi, Cluſ. in Garz.
Habaziz, Portæ.
Habel aſsis Tripolitanis, ſive Granum alzelen Arabum, Rauvvolf.

Plantam hanc nec caulem; nec florem, nec ſemen producere, ſed ſola radicum propagatione conſervari, Geſnerus libr. de hor. & Pona in ſuo Baldo, affirmant. Contrà, Matth. Dodonæus Lob. Columna, cum flore pingunt: & Cæſalpinus, caules, folia, & ſemen Cyperi, & Fragoſus flores ſpicatos aliquantum flavos, tribuit.

•II. Cyperus rotundus eſculentus latifolius.
Caceras, Garziæ: addit Cluſ. in notis, an Μαλαναθέλλα Theophraſti.
Caceras in Goa, Frag.

SPAR-

SPARGANIUM.

Σπαργάνιον ἀπὸ τῶν σπαργάνων, *fasciolis, quòd foliis ejus latis & vitilium modo lentis, pro fasciis nutrices utantur: cujus Dioscorides l. 4. meminit:* Βότομ. & *Theoph. 4. hist. 8. cui mas & fœmina, & hæc sterilis.*

I. Sparganium ramosum.
Sparganium, Trag. Matth. Ang. Tur. Cord. in Dioſc. Geſ. cat. Lac. Ad. Cæſ. Caſt. Cam. Tab. [cui & Gladiolus paluſtris.] Ger. Eyſt.
Butomos Theoph. Ang.
Butomon, Ruel. Dod. gal. Geſ. cat.
Platanaria, Dod. Thal.
Sparganium & Butomos Theoph. Lob.
Carex, Lon.
Phleos fœmina, Lugd.
Calamagroſtis ſecunda, Eidem.

II. Sparganium non ramosum.
Sparganium alterum, Lob. Cæſ. Lug. Tab.
Platanaria altera, Dod.
Sparganium latifolium, Ger.

II. Sparganium minimum, in Prodromo deſcriptum, à Dom. Turero miſſum.

POLYGONUM BACCIFERUM.
sive Uva maritima.

I. Polygonum bacciferum ſcandens.
Caucon & Ephedra, Plinio.
Ephedra ſive Anabaſis, Bellonio & Dod.
Ephedra Plinij fortè, Rauvvolf.

II. Polygonum bacciferum maritimum majus, ſive Uva maritima major.
Poligonum quartum Plinij majus, Cluſ. hiſt.
Tragos, ſive Uva marina major, Lob.
Uva marina, Dod. quoad icon. & Ger.
Polygonum marinum 1. ſive coceiferum 1. Tab.

III. Polygonum bacciferum maritimũ minº.
Tragos, Ruel. Tragium, Geſ. hor.
Equiſetum quartum, Matth. Lugd.
Croton Nicandri, Ang.
an Androſace, Bellonij.
Equiſeti facie racemoſa planta, Ad.
Uva marina Monſpel. Lob. Tab.
Polygonum quartum Plinij minus, Androſace fortè Bellonij, Cluſ. hiſt.
Polygonum marinum ſecundum, Tab.
Tragus, ſive Scorpius maritimus Dalech. Lugd.
Tragum, Uva marina, Dod. deſc. Cam.
Uva marina quarta, vel minor, Ger.
an Oſteocollon, Hieroclis & Abſyrtij, Lugd.

EQUISETUM.

Ἵππουρις *Dioſcoridi l. 4. c. 46. ſive Cauda equina, quòd folia ſetis equinis reſpondeant. Hinc Plinio l. 26. c. 13. Equiſetum, Hippuris à Græcis dicta, eſt pilus terræ, equinæ ſetæ ſimilis; cui l. 18. c. 28. Equiſetis, & Equiſelis dicitur,*

Genera duo Dioſcoridi, alterum vimines arborum caudices ſcandens; alterum caule cubito majore, & comis brevioribus, &c. Plinius & tertium agnovit, quod pinu foliis aſſimilavit.

I. Equiſetum paluſtre linariæ ſcopariæ folio. 1. in Prod.

II. Equiſetum paluſtre longioribus ſetis.
Hippuris major, Brunf. Dod.
Equiſetum 1. Matth. Lac. Ang. Caſt. Lugd. qui etiam ſub Equiſeti primi Aſparago Dodon. pinxit.
Caucon Plinij, Ang.
Equiſetum majus, Dod. gal. Lob. ob. Ger.
Hippuris, Ama. Ad. Lob. ico.
Equiſetum 2. & Hippuris 1. Dioſc. Tab.

III. Equiſetum paluſtre brevioribus ſetis.
Equiſetum paluſtre, Lob. ico.

IV. Equiſetum paluſtre brevioribus foliis polyſpermon. πολύγονον βότυν. Sanguinariam fœminam quidam vertunt.
Polygonum fœmina, Dioſcoridi.
Polygoni tertium genus, quod Oreon, Plin.
Polygonum fœmina, Matth. Eric. Cord. Braſav. qui Equiſeti ſpeciem eſſe negat. Geſ.

cat. & hort. Dod. Ama. Ang. Lac. Cast. Lugd. Tab.
Sanguinalis fœmina, Cord. in Diosc.
Limnopeuce, Cord. hist.
Polygonum fœmina semine vidua, Ad. Lob. ico.
Polygonon fœmineum, Thal.
Equisetum tertium, Cæs.
Cauda equina fœmina, Ger.

Hoc communiter sine semine reperitur, aliquando ad singulas articulorum commissuras dena & plura semina [hinc polyspermon] adnascuntur.

V. Equisetum pal. minus, polystachion: 2. in Prod.

VI. Equisetum palustre tenuissimis & longissimis setis: 3. in Prod.

VII. Equisetum sylvaticũ tenuissimis setis.
Hippuris minor altera, Trag.
Equisetum sylvaticum, Tab. Ger.

VIII. Equisetum pratense longissimis setis.
Equisetum alterum, Matth. Lac. Cæs. Lugd.
Equisetum alterum, Diosc.
Equiselis, Plin.
Hippuris altera, Trag. Ama.
Hippuris & Equisetum, Ges. cat.
Equisetum, Fuch. ico. Cord. in Diosc.
Equisetum longius, Dod. gal. [figurâ transpositâ.] Fuch.
Hippuris major, Thal. prima, Lon.
Hippuris fontalis, Ad. & Equiset. 2. Diosc. Lob.
Hippuris minor fontalis, Ad.
Hippuris minor, Lob. ico. figurâ 2.
Equisetum palustre majus, Tab. palustre, Ger.

IX. Equisetum arvense longioribus setis.
Hippuris minor, Trag. Dod. Thal.
Hippuris altera, Ges. cat. Cornar.
Equisetum, Er. Cordo, minus, Fuch. figurâ transpositâ: minus vel 3. & 4. Lon.
Polygonon fœmina, Fuch. ico.
Equisetum alterum, Ang. Bras. Cord. in Dios. Lob. ico.
Hippuris arvensis major, & Corsanda Tab.
Equisetum segetale, Ger.

X. Equisetum foliis nudum non ramosum sive junceum, ἵππουρις ἄφυλλος.
Hippuris major, Trag. major altera, Lon.
Sanguinali fœminæ similis, Cordo in Diosc.
Polygonum fœmineum ἀφυλλόκαυλον, Thal.
Equisetum Junceum, Tragi. Lugd.
Hippuris prima Cornar.
Hippuris sine foliis & nuda, Tab.
Equisetum nudum, Ger.

XI. Equisetum foliis nudum ramosum.
Equisetum 3. Matth. Lugd.
Hippuris minor, Lob. ico. & Dodon. sed utriq; quoad primam figuram.

XII. Equisetum nudum minus variegatum Basileense.

an Hippuris lacustris, foliis mansu arenosis, Ges. coll. quod in Prod. 4. est.

XIII. Equisetum fœtidum sub aqua repens, 5. in Prod.

Equisetum pini foliis simile apud Plinium: & Hippuris minima à Diosc. non descripta, Dal. in Plin.
Equiseti quintum genus minimum, Lugd.

SECTIO TERTIA.

DE ARUNDINE, PAPYRO, ET Typha.

ARUNDO.

ARUNDO (*quæ Græcis* κάλαμος, παρὰ τὸ καλῶς ἀμᾶσθαι, *ut vult Etymologus*) *in odoratam & inodoram dividitur. Odoratam sive Aromaticam, Diosc. l. 1. c. 17. at inodoram c. 115. proposuit, & genera quinque agnovit.*

Est enim νασος, θῆλυ, συριγγίας, δόναξ ϗ φραγμίτης: *solida, fœmina, fistulis dicata crassa & sepiaria. Verum Theoph. 4. hist. 12. duo summa genera,* τὸν αὐλητικὸν, καὶ τὸν ἕτερον *tibialem & reliquam constituit, & inde in plures species subdividit. At Plinius l. 16. c. 36. multo plures differentias agnovit: quare l. 24. c. 11. viginti novem genera se demonstrasse monet, ubi & odoratæ mentio fit.*

ARUN

ARUNDO ODORATA.

I. Calamus Aromaticus Indicus.
Κάλαμος, & Κάλαμος μυρεψικὸς, Hipp. & Gal.
Κάλαμος εὐῶδες, Theoph.
Κάλαμος ἀρωματικὸς, Dioſc. Orib. Ægin. Aëtio.
Κάλαμος ἐρύθρειος, Dionyſio de ſitu Orbis.
Calamus Arabicus; Plutarchus Alexandrinus, Celſ.
Calamus odoratus, Plin. Hermol. Ruel.
Calamus aromatites, Manardo.
Calamus aromaticus, Cord. in Dioſcor. Fuch. comp. Guil. pap. Garz. Lob. ob. Cluſ. ad Garz. Acoſt. Cæſ. & in 4. parte Ind. Orient. fig. 20. & Diringo Malays, & Deringo, par. 3. Indic. Orient. 39.
Diringuo, 4. parte Ind. Orient. fig. 20.

II. Calamus aromaticus Syriacus.
Calamus aromaticus à Syriaco diverſus Guil. pap.
Calamus odoratus Libani, Lob. ico. Cam. ad Matth.

Solius Calami figuram proponunt, qualem à Doct. Paludano, anno 1579. ex Ægypto allatum, Patavij accepimus, qui 1. in Prod.

III. Calamum odoratum Matthiolus pingit, & ex eo Lacuna, Lonicerus, Acoſta, Durantes, Lugd. hiſt. Tabernæm. & Gerard. Calamum aromaticum nominantes, quem fictitium ſuſpicamur.

ARUNDO INODORA.

I. Arundo vulgaris ſive φραγμίτης Dioſc.
Κάλαμος Χαραικὰ, Theoph.
Harundinis quintum genus, Trag.
Harundo phragmitis, Ruel. Corn. Dod.
Arundo aut Calamus, Tur. Geſ. Lon.
Harundo vallaris, Ama.
Harundo vallatoria, Dod. gal. Lob. Lugd. Thal. Ger.
Arundo paluſtris, Matth. Lugd. Tab.
Calamus vulgaris, Cord. in Dioſc.
Canna ſecunda, quæ fœmina Dioſc. Ang.
Calamus ſive harundo alia gracilis, Cæſ.

II. Arundo ſativa, quæ ὀόναξ Dioſcor. & Theoph.
Arundo, Matth. Lac. Caſt. Amnica, Ruel.
Arundo domeſtica, Matth. Lugd. Tab.
Arundo cypria, Dod. gal. Ama. Ger.
Canna quarta, quæ Donax, Ang.
Arundo magna, Geſ. hor. Italica major, Cam.
Arundo donax ſive cypria, Dod.
Arundo donax ſativa, Lob.
Calamus, ſive harundo craſſa, Cæſ.

III. Arundo Anglica foliis in ſummitate diſſectis: 2. in Prod.

IV. Arundo ſcriptoria atrorubens.
Κάλαμος συριγγίας, Dioſc. Σύριγξ, Theoph.
Syringias fiſtularis arundo 3. Dod. gal.
Canna tertia, Calamus ſcriptoria, Ang.
Harundo fiſtularis, Ama.
Fiſtula vel Syringa, & Arundo ſcriptoria, Ad. Lob. ico.
Canna fiſtularis, Tab. Ger.

Sic in China ex Arundinibus pennæ ſcriptoriæ fiunt [an ex hac?] in quas penicilla more pictorum noſtratium indunt: in hiſt. Ind. Orient. par. 2. c. 26.

V. Arundo farcta maxima atrorubens, quâ Principes pro ſcipionibus utuntur.
Κάλαμος νάγος, Dioſcoridi.
Κάλαμος τοξικὸς, Theophraſto.
Canna Indica, aliquibus Papyrus, Matth. Ital.
Cannæ prima ſpecies Dioſc. Ang.
Arundo Indica & ſeptima, Dod. gal.
Arundo Indica, cùm teres ſit, Papyrus antiquorum non rectè ſtatuitur, Guiland. pap.
Juncus, papyri Ægyptiæ genus, Ama.
Naſtos vel farcta, Ad. Lob. ico. tertia, Tab.
Naſtos Cluſij, Ger.

VI. Arundo farcta geniculata ſive ſagittalis.
Naſtos & Arundo prima, Dod. gal.
Naſtos ſive farcta altera toxica, Lob. ico.
Arundo farcta ſeu Naſtos 1. Tab.
Calamus ſagittalis, Ger.

In Bali Inſula, geſtant Cannas ſagittivomas, ex quibus teretes exilesque ſagittulas ex Arundine fabrefactas [an ex prædicta Arundine?] in apice verò intoxicatas, efflant: in hiſt. Ind. Orient. part. 3. c. 39.

VII. Arundo farcta flava.
Ζευγίτης καὶ ἐννύχιος, Theophraſto.
Arundo fœmina & ſecunda, Dod. gal.
Naſtos, ſeu farcta, ſive toxica gracilis & plicatilis, Lob. ico.
Naſtos ſecunda, Tab.
Arundo farcta, Ger.

VIII. Arundo repens vel Chamæcalamus.
Arundo humilis, Geſ. hor.
Arundo tertia in maritimis, Cæſ.
Arundo epigejos, Lugd.

ARUNDO INDICA.

I. Arundo arbor: in qua humor lacteus gignitur, qui Tabaxir, Avic. & Arabibus dicitur. Mambu Indorum, in cujus arundinibus Tabaxir ſive Saccar. Mambu, Garziæ.
Mambu ſive arbor Tabaxir, Lugd. Frag.
Spodium aut Tabaxir Perſianorum, Acoſt.
Spodium, Caſt. Frag.

Hi duo ſecuti errorem Gerardi Cremonenſis, qui in Rhaſi Tabaxir Arabum per Spodium reddit: cùm Σποδὸς ſive Spodium, ſit Tutia Arabum, cujus in externis remedijs ſolùm uſus eſt. Tabaxir verò in Arabum compoſitionibus, intra corpus ſumatur.

Eſt autem Tabaxir (ut habetur in 4. part. Ind. Orient. c. 14.) medulla arundinis Mambu ſive Bambus, & vocatur Saccar Mambu, id eſt, Sacharum de Mambu, quod propter inſignem vim medicamentoſam magni fit, & ab Arabibus, Perſis, & Aethiopibus, qui illud Tabaxir vocant, avidè coëmitur.
Harundo Indica, Cluſ. exot.
Bambus ſive Iunc. Indic. 4. p. Ind. or. c. 14. fig. 12.
Bambu, Mambu, ex qua Tabaxir, part. 4. Ind. Orient. cap. 3.
Canna Tabaxir & Arundo, quam Indi Bambus vocant, Idem.

Sunt arundines aſpectu gratiſsimæ, prealtæ, nigræ, rotundæ, craſſæ, ita ut utraq; manu vix junctim includas, imò femoris craſsitie. Creſcunt ſponte in Norſingæ Regno ad littus, & univerſo littore Malabar, præcipuè juxta Choromandel. Indi ex ijs domos ſuas ædificant, ut in Terenate, quas findunt, & ſingulari induſtria intorquent: part. 5. Ind. Orient. Sic in Pegu etiam, & ſtramine teguntur: par. 7. Ind. Or. c. 35. & 37. & in civitate Bantam, cuncta ædium ſublicia ex his arundinibus aſſulatim diſſectis conſtant: 3. part. Ind. Orient. cap. 22. Imò ad lecticas Pallankyns dictas vulgò, utuntur, in quibus mulieres per publicum deferunt. Sic & naviculas, duobus viris capiendis aptas conficiunt: par. 2. Ind. Orient. 17. & par. 4. c. 14. Hac adverſarij, quem vitâ omnino exuere nolunt, dorſum contundunt: par. 2. Ind. Orient. cap. 32.

Arundines in Indiæ Occident. ſylvis (an eædem cum priore?) non raro naſcuntur, craſsitudine cruris humani, quæ adeò teneræ, ut ſingulæ ſtantes uno ictu gladij ſecentur: aridæ verò tanta duritie, ut fiſsis illis, & in modum Chirurgicorum ſcalpiorum efformatis, ſagittas ſuas ita arment Barbari in Braſilia, ut uno ictu feras humi fundant, &c. in Ind. Occident. hiſt. part. 3. c. 12.

Cannæ ſeu arundines editiſsimę naſcuntur, quarum quodlibet interſeptum menſuræ Hiſpanicæ capax eſt: hæ ſtructuris ædium etiam adhibentur: in hiſt. Ind. Occident. l. 4. c. 30.

Cannarum Hieroſolymitanarum nomen quoq; occurrit in hiſt. Ind. Orient. part. 4. c. 6.

II. Arundo Saccharifera.
Arundo octava, vel ſaccharata, Dod. gal.
Harundo ex quo Saccharum.
Melicalamus, Cord. hiſt.
Mel arundinis quibusdam Saccharum, Lon.
Arundo Saccharata, Dalech. in Dioſc.
Sacchari canna, Geſ. hor.
Arundo ſaccharina Indica, Ad. Lob. ico. Lugd.
Canna mellea, Cæſ.
Arundo & calamus ſaccharinus, Tab.
Calamus Indicus, par. 6. Ind. Or. c. 19.
Calamus Indicus Saccharites, & Canna Saccharina, in hiſt. Ind. Orient. par. 4. 5. & 6. c. 38. & hiſt. Occid. Ind. part. 3. 4. 8. & 9.

De Sacchari differentijs, & conficiendi modo, in noſtris in Matthiolum notis, & lib. de compoſitione Medicam. egimus: Vide & Munſteri coſmograph. l. 2. c. 91.

III. Arundo Indica verſicolor.
Canna de Bengala Luſitanis: in Regno Bengala creſcunt Arundines verſicolores, medulla plenæ, craſsitie arundinibus Hiſpanicis ſimiles, paulò tamen tenuiores: virides adhuc, lentæ inflectuntur, ad ſtanni modum, aut inſtar Salicis, foris pūctis verſicoloribus notatæ ſunt, haud ſecus ac ſi arte ita pictæ forent. Vtuntur ijs in Luſitania mulieres vetulæ pro ſcipionibus, quibus greſſus titubantes ſuſtinent, quarum varia genera apud Doct. Paludanum videre eſt: in hiſt. Ind. Orient. p. 2. c. 18.

IV. Arundo Indica verſicolor flexilis.
Rota vocāt in Bengala, aliud genus ejusdem arundinis, quod gracilius & ſuccinctius eſt, viminis ad modum flexile, ex quo Calathi & alia multa pulcherrima conficiuntur: ex hiſt. Ind. Orient. part. 2. cap. 18.

V. Arundo Indica punicea mollis.
Arundo vel Scirpi potiùs genus punicei coloris & mollis, quam parumper contortam, arcui

pro

pro nervo adaptant: naſcitur in Regno Congiano, & in regno Bengala ad Gangen fluvium, hiſt. Ind. Orient. part. 1. c. 5.

VI. Arundo Indica volubilis.

Arundo Indica in Inſula Sumatra, variè ſe circa arbores vinciens, centum, ducentarum, imò trecentarum, & plurium Orgyarum longitudine, ita ut vix ejus origo finisve deprehendi poſsit, circulis vaſariis conficiendis, valdè accommoda: ad Cluſij curas poſteriores.

VII. Arundo Indica fluitans.

Trombas ſive arundineta fluctuantia in Bali Inſula: in hiſt. Orient. Ind. part. 3. c. 2. & 40. & part. 4. fig. 10. pingitur.

Arundines longæ ſeu Algæ in ſalo fluctuantes, par. 5. Ind. Orient.

VIII. Tubuli arundinacei ad Aſthma.

Refert Manardis, & ex eo Lugd. hiſt. ex Hiſpaniola adferri tubulos cannarum, qui extrinſecus & intrinſecus, gummi illiti ſunt, quod Tabaci ſuccum eſſe putant. Addit Cluſ. incolas Virgineæ frequenter uti tubulis quibusdam ex argilla factis, ad Tabaci fumum hauriendum: quales apud Anglos in frequenti uſu.

IX. Arundo Indica latifolia.

Canna Indica, Geſ. hor. Cluſ. hiſp. [cui & flos cancri nonnullis,] Cam. [cui & Xiphium Indicum,] Cæſ. rubra, Eyſt.

Arundo Indica florida, Ad. Lob. & Canacorus quorundam, quod inter Cannam & Aconem ambiguæ naturæ ſit, quare & Calamacorus.

Papyrus, Caſt.

Gladiolus Indicus, Cam. ad Matth.

Arundo ſeu Canna Indica, Lugd. cum duplici figura.

Arundo Indica latifolia ſive florida, & Harundo liliflora Tab.

Harundo florida, Ger.

X. Arundo Indica latifolia, flore luteo punctato: quæ 3. in Prod.

Canna Indica lutea rubris maculis punctata, vel flore croceo guttato, Eyſt.

PAPYRUS ET QUÆ pro Papyro uſurpantur.

CUM Papyrus in Aegypto res ſit cognata Arundini, ſecundùm Plin. l. 24. c. 11. imò & Calami chartis ſerviant, eodem, lib. 16. c. 36. autore: idcircò papyrum, & ea quæ in novo Orbe Papyri vicem præbent, ſubijciamus.

I. Papyrus Nilotica ſive Ægyptiaca.

πάπυρος, Dioſc. & Theophraſto.

Papyrus, Plinio & Alpino.

Papyrus Ægyptia ſive Biblus Ægyptia Euſtathio, Guil. pap.

II. Papyrus Syriaca vel Siciliana.

Sari, Theophraſto.

Biblios ſecunda, Euſtachio.

Papyri altera ſpecies, quæ Paperus in Sicilia, Guiland.

Papyrus, Cæſ. Nilotica, Ad. Tab. Ger.

Papyrus Ægyptia, Penæ, Lugd.

Cùm in novo Orbe diverſarum arborum foliis & corticibus pro papyro utantur, ſequentia nominare tantum lubet, ſiquidem ad arbores pertineant.

I. Palmeta humilia, Scalig. Lugd.

II. Guaiabara in Inſula Hiſpaniola, ex Oviedo, Lugd.

III. Copey, ibidem apud eundem.

IV. Tal, in provincia Mangi, Lugd.

V. Lantor, palmæ Indicæ genus, cujus folia viri longitudinem æquant: hiſt. Ind. Orient. part. 4. c. 3. & 6. & pingitur fig. 15.

VI. Ficus Indicæ foliis & Turcæ utuntur, hiſt. Ind. Orient. part. 6. c. 38.

VII. Palmæ, nuces Indicas Cocos gignentis, arboris ſubſtantiam plicabilem uſurpant. hiſt. Ind. Orient. par. 4. c. 12.

VIII. Arboris foliis ſex brachiorum longis, cujus folio extenſo, tres, quatuorúe viri, in itinere operiuntur, ut pluvias non metuant: ex Nicolai Coſtini itinerario, Lugd. hiſtor. refert.

IX. Papyrus ex lava, eſt liber arboris tenuiſsimæ membranæ inſtar, ut ex Cluſij notis, Lugd. hiſt. proponit.

Papyrifera arbor libro tenuiſsimæ membranæ inſtar candido, Cluſ. exot. l. 1. c. 4.

an Pannus è libro arboris quo in Inſula Tidoræ fœminæ pudenda tegunt, Pigafettæ.

X. Arboris liber ſubpunicei coloris, Cluſ. l. cit. qui & Filorum tenuiſsim. ex arboris

cortice confectorum ibidem meminit.

XI. Melt ſive Magnei, ex hujus foliis, Mexicani papyrum & pergamenum conficiunt: Duretus de admirabilibus plantis.

TYPHA EIUSQUE SPECIES.

ΤΥΦΗΣ *Dioſc. l. 3. c. 133. meminit, cui florum effigies turbinata, quaſi typhonis ſeſe* [illegible] *turbinem, aut gigantis ſtaturam minacem ſignaret, nomen dediſſe videtur: vel potius* τίφη *à* τίφω *quod locum paluſtrem notat.*

Duplex eſt, paluſtris & cerealis. Theophraſt. utriusque meminit: alterius 4. hiſt. 11. in lacu Orchomenio naſcentis: alterius, inter frumentacea, 2. hiſt. 4. & 4. cauſſas plant. 6. At Dioſcorides ae prima, de qua Plinius l. 16. c. 36. inter aquaticos Calamos egit.

I. Typha paluſtris major.
Τύφη, Dioſcorid. & Theophraſto.
Typha aquatica, Trag. Lugd.
Typha, Matth. Fuch. Ama. Lac. Tur. Cord. in Dioſc. Lon. Ad Lob. Caſt. Tab. Ger.
Typha paluſtris, Ruel. Cæſ. aquatica, Ceſtrum morionis, Dod.
Papyri ſpecies, Dod. gal.
Ulva, Ang.
Juncus aſper Dod. Lugd.

II. Typha paluſtris clavâ gracili.
Typha media, Cluſ. pann.

III. Typha paluſtris minor.
Typha minor, Ad. Lob. ico. Lugd. minima, Cluſ. pann.
Typha minor ſive Typhula, Tab.

SECTIO QUARTA.

DE FRUMENTO.

Triticum, Zea, Hordeum, Secale, Avena, Uſtilago, Oryza, Milium, Panicum, Phalaris.

FRUMENTACEA dicuntur, quæcunque geniculato culmo, & foliis harundinaceis conſtant, ſemenq; panificio & pultibus aptum, in ſpicis aut jubis producunt, ceu Triticum, Hordeum, Milium, Panicum, & his ſimilia.

Genera prima duo ſunt, per tempora ſatûs diviſa: Hyberna, quæ circa Vergiliarum occaſum ſata, terrâ per hyemem nutriuntur, ut Triticum, Hordeum: Æſtiva, quæ ante æſtatem, Vergiliarum exortu ſeruntur, ut Milium, Panicum. Verùm in Græcia & Aſia, omnia Vergiliarum occaſu ſeri, Plinius teſtis eſt: quædam autem utroq; tempore in Italia: ex his quædam & tertio, Veris ſcilicet: aliqui enim Verna appellant, Milium, Panicum, Alicam ſeu Siliginem.

DE TRITICO.

TRITICUM, quamvis generaliter omne frumentum, quod ex ſpicis tritum, ac trituratione repurgatum eſt, ſignificet, ut ex Varrone colligere eſt; poſteriores tamen, peculiari frumenti ſpeciei Tritici nomen tribuunt, de quo priori loco, Dioſcoridem imitati, qui l. 2. c. 107. περὶ πυρῶν *primò egit.* Πυρὸς *dicitur Græcis, quaſi* σπυρὸς, *pro* σπερὸς, ἀπὸ τῦ σπείρειν, *ſecundùm Etymologicum.*

Genera duo fecit Dioſcorides: at Theoph. 8. hiſt. 4. plura ratione regionum, quæ ex locis cognomina ſortita ſunt: quæ etiam colore & ſpecie, & proprietate inter ſe differunt: quem Plinius l. 18. c. 7. ſequitur. Sic in Lyma Ind. Occident. una Tritici ſpica, duplo plus Hiſpanicis ſpicis fundit: in hiſt. Ind. Occident. part. 9. additamento.

I. Trici-

I. Triticum hybernum ariſtis carens.
Triticum, Brunf. 4. Geſ. hor. Cord. in Dioſc. Cui & Triticum ſemeſtre Dod. Tab. ſive Robus, Colum. Dod gal.
Tritici primum genus, Trag. Fuch. Lon.
Siligo ſpica mutica, Ad. & Lob.
Triticum ſpica mutica, Lugd. Ger.
Triticum ariſtis carens, Cæſ.
Siligo veterum videtur, quam Plinius Tritici delicias vocavit.

II. Triticum ſiligineum.
Triticum candidum, Græcorum & Galeni, Σιλίγνις & τρύγις Hippocr. aut ejus interpreti Trago: ſive Olyro.
Siligo Varroni, Columellæ & Plinio, cui & Sandalum.
Tritici genus candidiſtrimum, Cæſalp. 1. 13. vocavit.

III. Triticum æſtivum.
Trimeſtre triticum Græcis τριμηνιαῖος Theoph. & Dioſcor.
Seranium, Galen.
Siliginis & tritici tertia ſpecies, Columell.
Triticum trimeſtre, Portæ.
Triticum aliud quod Vernellum vocant, Cæſalp.

IV. Triticum rufum grano maximo.
Far ſive Adoreum veterum, Lugd.

V. Triticum rufum hexaſtychon.
Tritici rufi genus aliud, Lugd.

VI. Triticum ſpicâ multiplici.
Triticum ramoſum Plinij, ſpicâ ramoſâ, Cæſ.
Tritici quinta ſpecies, & Gran del graſpo, id eſt, frumentum racemoſum, Ang.
Triticum multiplici ſpica, Lob. ico. Ger.
Ble qui truche, Lugd.
Triticum typhinum multiplici ſpicâ, Tab.
Triticum racemoſum, Portæ.
Spicis modo paucioribus, modo pluribus, ita ut Matthiolus 24. ſpicas viderit.

VII. Triticum ſemine oblongo.
Long gran Matis conenſium, ad βρίζαν Thraciâ Galeni accedere videtur, Lugd.
Huic congener Frumentũ Scourgeon, Ruellij.

VIII. Triticum ariſtis longioribus ſpicâ cæruleâ.
Triticum Loca vocatum alterum, & triticum lucidum Gallo-belgarum, Lob. ico.
Tragus frumenti genus ſpicâ cæruleâ, Lugd.
Triticum nigrum peregrinum 2. Tab.
Triticum lucidum, Ger.

IX. Triticum ariſtis longioribus ſpicâ albâ.
an Far Gallicum ſive barbati genus, Ruel.
Robus ſive Triticum, Inſularis Gallo-belgis.
Loca vocatum, Lob. ico.
Triticum typhinum, Ger. quartum, Tab.

X. Triticum typhinum ſive Typha cerealis multiplici folliculo.
Typha inter frumentacea, Theoph. Typha, Galeno: Typhe, Plinio.

XI. Triticum typhinum ſimplici folliculo.
Tritici tertium genus, Trag. Fuch. Lon.
Triticum, Matth. Lac. Caſt. Lugd.
Triticum Romanum Tragi, Eid.
Typha cerealis, Ruel. Dod. gal.
Typha Dodonæi, & Typha Fuchſij, Lugd.
Triticum ariſtis circumvallatum, Ger.
Triticum typhinum, Tab. ariſtis munitũ, Cæſ.

XII. Triticum typhinum ſimplici folliculo Hiſpanicum.
Triticum typhinum, Dod. Lugd.
Triticum ariſtis circumvallatum, Lob.

XIII. Triticum ſylveſtre Creticum.
Agrioſtari, id eſt, Triticum ſylveſtre grano minore tritico ſativo, in Creta frequentis: Honor. Belli epiſt. 5. ad Cluſium.
Agrioſtari, ſive Frumentum ſyl. Creticum, Pon. in Bald: Ital.

ZEA EIUSQUE SPECIES.

ZEA, Ζεὰ, ἡ ζέα, quibusdam idem cum ὄλυρα: aliis frumenti peculiaris ſpecies, quæ Latinorum Semen eſt: nam & Plinio Zea, Semen dicitur l. 18. c. 8.
Duûm generum eſt Dioſcoridi l. 2. c. 111. ἁπλῆ καὶ δίκοκκος.

I. Zea Briza dicta, vel Monococcos German.
Ζέα ἁπλῆ, quòd ſimplicis grani ſit, Dioſc.
Spelta prima, Trag. ico. ſecunda, Eid. deſcript.
Zea, Ang.
Zeæ ſimplex, Matth. Lac. Cord. in Dioſc.
Zeæ alterum genus, Fuch.
Frumentum loculare: Ruel.
Siligo, & Zeæ alterum genus, Tur.
Briza, Dod. gal. Ad. Lugdun. Monococcos, Lob. Ger.
Monococcon, frumentũ barbatum, Far venniculum rubrum, Col. Zea, Mneſithei fortè, Dod.

Spelta vulgò, Cæs.
Zeæ species prima, Cast.
Zea monococcos, Tab. minor & monococcos, Lugd.

II. Zea dicoccos vel major.
Ζεῖα δίκοκκος, [quòd grana bina juncta habeat,]
Zea Diosc.
Zea, Theoph. & Galeno.
Zea, Brunf. Cord. in Diosc. Lon. Ger.
Spelta prima, Trag. descript. secunda, Eid. ico.
Zea dicoccos, Matth.
Zea altera, Matth. Lac. Cast.
Zeæ primum genus, Fuch. Tur.
Zea, Romanis veteribus Semen, nunc Spelta, Dod. gal.
Zea, vulgò Spelta, Far antiquis: Ador posterioribus, & Semen Adoreum, Dod.
Typha, Ang.
Far primum, Cæs.
Zea major seu dicoccos, Lugd.
Zea ador, Tab.

III. Zea Amylea, vel Zeopyrum Amylæum. an Far. Olyra Diosc. halicastrum trimestre cognominatum, Col.
Triticum secundum, Trag. Fuch. Lon.
Olyra, Dod. gal. Lugd.
Triticum trimestre, Cord.
Amylæum frumentum & Far halicastrũ, Dod.
Frumentum vel Triticum Amylæum, Tab.
Triticum amylæum, Ger.

IV. Zeopyrum seu Triticospeltum, quòd naturam habeat Ζείας καὶ πυροῦ.
Ζεόπυρον καὶ γυμνόκριθον, Galeno.
Speltæ species tertia, Trag.
Hordeum alterum, Ang.
Zeopyron, Dod. Ad. Lob. Lugd. Tab.
Hordeum glabrum, Cord. hist. hexastichon, hodie hordeum sine tunica, Cord. in Diosc.
Hordeum nudum, Ges. hor. Ger. mundum, Cæs.
Hordeum γυμνόκριθον, Cam.

V. Zeocryton seu Oryza Germanica.
Oryza Germanica, Trag. [cui & Tragum cereale, & candidum far,] Dod. cui & Far Gallicum, & frumenti barbati genus Ruel. videtur.
Olyra, Ad.
Far, Teutscher Reiß / Cast.
Thypha Theophrasti, Tab.
an Far Clusianum, Lugd.
Spelta in Regno Congiano, omnium frumentorum, quæ habent, vilissimum, quo porcos alunt: in hist. Ind. Orient. part. 1. lib. 2. c. 1.
Siligine abundat ex se Cambaię Regnum: hist. Ind. Orient. par. 1. lib. 2. c. 1. & Chinæ tellus feracissima est Siliginis, ibid. c. 25. & Japonensis terra siliginem fert, ibid. c. 28.
Siliginis Turcicæ, quæ Milie Abrain dicitur, promontorium Viride perfelix: Ind. Orient. part. 3. c. 40.

HORDEUM EIUSQUE SPECIES.

HORDEUM, Κριθὴ ἀπὸ τοῦ διακριθῆναι, quòd eo reperto & in usum recepto, glandibus spretis, à brutis homines distincti sunt: antiquissimum enim in cibis hordeum, sicuti Athenienſium ritu, Menandro autore, apparet, & gladiatorum cognomine. (ut Plin. l. 18. c. 7. loquitur,) qui Hordearij vocabantur: nunc studiosos, idiotæ sic appellare solent.

Unius Dioscorid. l. 2. c. 108. meminit: at Theoph. 8. hist. 4. Hordeum aliud rotundius minusq́, aliud oblongius majusq́: Item aliud candidum, aliud ad purpuram accedens. Hoc, ut & Triticum, in India Occid. semine ex Hispania delato, fœcundius & uberius enascitur, ut habetur in hist. Ind. Occid. par. 9. c. 31.

I. Hordeum polystichum hybernum.
Hordeum, Brunf. Matth. Lac. Ges. hor. Lob. [cui & Hordeum polystichon autumnale Ad. part. alt.] Dod.
Lon. Cast. Cæs. Ger.
Hordeum majus, Trag.
Hordeum polystichum, Fuch. Tur. Dod. gal. [cui & Hordeum Cantherinum,] Lugd. Tab.
Hordeum primum, Ang.
Hordeum secundum hyemale, Cord. in Diosc.
Polystichum dicitur quia in multos versus spicatur: est enim differentia in spicarum forma, magnitudine & granorum numero: quoddam binos, quoddam ternos quaternos, quinos, cumque plurimum senos versus habet: sic aliud rotundius & minus, aliud oblongius & majus, aliud candidius, aliud nigrius.

II. Hordeum polystichum vernum.
Hordeum senis versibus, Matth. Cam.
Hordeum Septentrioni notissimum πολύστιχον, Lob. ob.

Hor-

Hordeum polyſtichon vernum, Lob.ico. & Ad. part. alt.
Hordeum polyſtichum æſtivum, & Hordeum trimeſtre polyſtichum, Tab.
III. Hordeum diſtichon: quòd ſpicâ binos ordines habeat, Plinio.
Hordeum διστιχον Galaticum, Columellæ.
Hordeum Cantherinum, Ruellio.
Hordeum minus, Trag.
Hordeum diſtichum, Fuch. Tur. Dod. Cord. in Dioſc. Lob. Lugd. Tab. cui & æſtivum & trimeſtre minus.
Hordeum binis verſibus, Matth. Cam.
Hordei alterum genus, Cæſ.
IV. Hordeum Cauſticum.
Orzada ex Hiſpania nova, Monardi, Caſt.
Hordeolum Monardis, Lugd.
Cevadilla, id eſt, Hordeolũ, Monardi & Frag.
Cauſticum eſt, ſolum propter ſimilitudinem huc relatum.

SECALE SIVE ROGGA ejuſque ſpecies.

SECALE, monente Plinio l.18. c.16. etiam Farrago appellatur: nonnullis Rogga: & duplex eſt, ſationis tempore & magnitudine diſtinctum.

I. Secale latifolium, in Prod. deſcriptum.
II. Secale hybernum vel majus.
Siligo, Brunf. Ruel. Lon. veterum & ſecale, Tra.
Secale, Matth. Dod. gal. (quibusdam Farrago, non tamen eſt vera Farrago, quæ nil aliud eſt quam Hordeum,) Fuch. Lob. Tab. Ger.
Secale & Farrago Plinij, Lugd. Caſt.
Olyra, Cord. in Dioſc.
Rogga ſive ſecale Plinij, Dod.
Tipha cerealis & Tipha Theophraſti, Portæ.
III. Secale vernum vel minus.
Siligo æſtiva, Trag.
Secale alterum, Lugd.
Rogga ſive ſecale æſtivum, Dod.
Illud lætius, hoc gracilius, culmis pauciori-bus, ſpicâ breviore & tenuiore.
IV. Secale luxurians.
Clavi ſiliginis, Lon.
Secalis mater, Thal. tit. de Gramine.
An Plin. l.18. c.17. de hoc intelligendus, dum ſcribit: Inter vitia ſegetum & luxuria eſt, cùm onerata fertilitate procumbunt: alij volunt Plinium intelligere id, quod Theophr. 8 hiſt. φυλλομανίαν, inſanam foliorum luxuriam, vocavit.
V. Secale affinis peregrina.
Nuchani, Garziæ.
Secales peregrinum genus, Lugd.

AVENA EIUSQUE SPECIES.

AVENA, Βρῶμος Dioſcoridi l.2. c.116. forſan à βρῶμα, quod cibum ſignificat: nam ut autor eſt Plin. l.18. c.17. Germaniæ populi hujus pulte vivunt. Theoph. 4. hiſt. 6. ex Zea Aven. fieri ſcribit: at Plin. l.c. Aven. primũ frumenti vitiũ eſſe, & Hordeum in eam degenerare, refert.

I. Avena vulgaris ſeu alba.
Avena, Brunf. Matth. Fuch. Dod. Tur. Ama. Lac. Lon. Ad. Caſt. Tab. Lugd.
Avena ſativa & prima, Trag.
Avena veſca, Ad. Lob. Ger.
Avena frumentum, Cord. in Dioſc.
Avenæ prima ſpecies, Ang.
Avena mitior & ſativa, Cæſ.
II. Avena nigra.
Avena altera, Ang.
Bromos, Ama.
Avena ſylveſtrior nigra, Cæſ.
III. Avena nuda.
Avena nuda, Ad. Lob. Dod. Tab. Ger.

USTILAGO.

USTILAGO, frugum, præſertim ſpicatarum, maximè Avenæ & Secales, morbus eſt. Theoph. 8. hiſt. 10. de frugum vitiis agens, ſcribit, quædam communia eſſe omnibus ſeminibus, ut ἐρυσίβην, id eſt, Rubigo, ſicut Gaza vertit: quædam verò propria quibusdam, ut Tabitudo radicis, Ciceri & Erucarum infeſtatio. Sic & 3. cauſar. 27. Rubiginis, & Plin. l.18. c.17. meminere.

I. Uſtila-

I. Vſtilago ſecales.
Vſtilago, Trag. Dod. (cui Avenæ ac Tritici propriè morbus) Lon. Lob. Lugd. (cui præſertim Avenæ peſtis eſt.).
Vſtilago ſecalina, Tab.
II. Vſtilago hordei.
Vſtilago polyſtichi, & Vſtilago hordei dyſtichi, Lob. ico.
Vſtilago hordeacea, Tab.
III. Vſtilago Avenæ: & Lob. ico.
Vſtilago Avenacea, Tab.

ORYZA.

ORYZA Dioſcoridi l. 2. cap. 117. Ὄρυζον Theoph. 4. hiſt. 5. Oryza Plin. l. 8. cap. 7. ex qua Ptiſanam fieri ſcribit. Per Ptiſanam aliqui intelligunt Oryzam, quæ vulgò cortice nudata venalis habetur.

I. Oryza Italica, ad differentiam Germanicæ, de qua inter Zeas.
Oryza, Brunf. Matth. Ang. Tur. Cord. in Dioſc. Lac. Dod. Lob. Lon. Cæſ. Caſt. Cam. Tab. Oryza peregrina, Trago.
Oryzam, frumentacearum generi, Dioſc. inter legumina, Galenus recenſet, Lugd.
Hordeum Galaticum Columellæ, Hermolaus, Ruel. Ama. & Tab. cenſuêre.

II. Oryza Indiæ Orientali peculiaris.
Oryzæ peculiare genus, Regina Patenſis, Hollandis obtulit, vt habetur in Ind. Or. par. 8. ſed quid? Oryzam ex India originem traxiſſe, & per univerſum ferè orbem diſſeminatam eſſe, in 6. part. Ind. Orient. ſcribitur. Hæc præcipua omnium Indiæ Orientalis locorum annona eſt, part. 3. Ind. Orient. c. 39. Hinc Indis loco panis eſt, ex ea placentas parantibus; ex qua in China potum faciunt, quem in Peru Acuam vocant: in Iaponia vinum, quod Iavenſes Aracle nominant: & in Pegu, Aquam extrahunt, quæ cum aqua vitæ certat: part. 7. Ind. Orient. c. 35.

Diſtinguunt in Oryzam optimam, quam Giraſol, & in viliorem, quam Chambaſal Indi vocant. Linſcot. par. 2. Ind. Or. c. 37. & par. 4. c. 6. In ſumma, Oryzæ uſus, univerſis propè nationibus, non minus quàm frumentum familiaris eſt: ut de China, Iaponia, Philippinis, & maxima Indiæ Orientalis parte ſileam, etiã per Africam & Aethiopiam univerſam, Indiamque Occidentalem, cibus uſitatiſsimus eſt. Sic & Europæi, qui panes ex frumento habent, Oryza, obſonij vice, cum lacte aut aqua decoctâ, utuntur.

FRVMENTVM INDICVM.

ETSI in Canaria frumenti varia genera habeantur: attamen potiſsimum apud Indos quadruplex eſt: Primum, Milium Indicum: ſecundum Mays, quod Triticum ipſorum eſt: tertium, quod Manigette indigetant: quartum eſt Oryza, quæ in Regno Congiano Mazza diMamputo, id eſt, ſemen Luſitanicum, at Malaicenſes Bras appellant: & tres poſteriores ſpecies delineatæ in 6. parte hiſtoriæ Indiæ Orientalis figura 14. proponuntur.

I. Frumentum Indicum, ſeu Milium Indic. Milium hoc ſpicas habet oblongas, ex granulis colore ſemen Cannabis æmulantibus, compoſitas, formâ nonnihil oblongis, utriculis ſive folliculis ariſtis carentibus incluſis inſtar Dipſaci herbæ, quod trium menſium ſpacio ſuccreſcit: dein abſcinditur, in terram menſis ſpacio deponitur, ut Solis calore probè exiccetur & percoquatur: tandem ſpicę à culmis reſecantur, in faſciculos collectę domum deportantur, ſtramine operiendis, vel muniendis ædificijs, deſtinato. Hoc frumenti genus optimum eſt, quod fractum & comminutum, cãdidiſsimum apparet, ex quo facili labore panis pinſitur, cùm admodum molle ſit, & attritu ſtatim, maſſam conficiendis panibus aptam, præbeat. Et

Hoc frú-

hoc frumenti genus, ſemper habuerunt, etiam ante Luſitanorum adventum: hiſt. Ind. Orient. part. 6. cap. 30.

An ſemen, quod Congiani Lucum vocant, cannabis grana, niſi quòd paulo ſit majus, referens, quod molâ manuariâ, ſubactum & piſtum, panem præbet candidum, tritico non inferiorem, hiſt. Ind. Orient. part. 1. l. 2. cap. 1.

an Arundinis genus granum ferens, noſtro Secali aut frumento ſimile, quod decoctum eſui eſt aptum: Inſulæ Virgineæ hiſtoria.

II. Frumentum Indicum grano avellanæ magnitudine.

Folia habet anguſta & tenuia, ſed in tantam altitudinem, quemadmodum tertium, non exurgit: ex ramis frumentum illud inſtar nucum avellanarum dependet, quod ariſtas habet cum Tritico ſive Mays convenientes, colore rubicundo: grana cute tenella involuta, putaminibus includuntur, & peculiaribus quaſi loculis, ad modum granorum in malo Punico, ab invicem diſtincta: ſeminatur in agris, quemadmodum frumentum verum, potiſsimum in Africa, & quidē in peculiari quodam loco, qui nomen etiam ſuum inde obtinuit: & Æthiopibus, Manigette: Batavis, Grain dicitur: part. 6. Indic. Or. cap. 38.

III. Frumentum Indicum Mays dictum.

an Triticum Bactrianum Plin. l. 18. c. 7.

Frumentum Arabicum, quod Mays nominant, in hiſt. Ind. Orient. part. 8.

Frumentum ex Guinea, ibid.

Triticum Indicum ſive Mays, quod Luſitani apud Nigritas primò ſeminarunt: in hiſt. Ind. Orient. part. 6. c. 31.

Pagatovvr, Virgineæ indigenis.

Avati fructus, ex quo Braſiliani potum Kaavvy coquunt: Stad. par. 3. Amer. c. 7.

Milium amplum, Tricicum Sarracenicum, barbaris Avati, quod idem cum Indorum Mays & Triticum Peruanum, Lerio part. 3. Amer. c. 8.

Milium Abrayn, id eſt, Siligo Turcica in Baly. par. 3. Ind. Or. c. 40.

Frumentum Aſiaticum: par. 7. Ind. Occid.

Milium Braſilianum: par. 3. Amer.

Milium in florida: par. 6. Ind. Occid.

Differentia notanda, cùm duo genera, ad ſex vel ſeptem pedes, tertium ad decem in Virginea excreſcat. Sic alterum craſsius & rotundius, ut quod è Lucanis tollitur: alterum ſubtilius & aridius, quod Morochen appellant.

Granum hoc magni proventus eſt (bis enim Martio & Junio ferunt: part. 2. Ind. Occid.) cùm in Peru ex uno grano 600. gignantur: at in Virginea mille & quinquaginta, & interdum bina millia reddat. Siquidem ſpica vel una, vel binæ, ternæ, vel quaternæ, & ſingulæ ſpicæ quinquies, ſexies, & ſepties centena grana in Virginea contineant: apud Americanos, ſinguli culmi tribus quatuorve ſpicis onuſti adoleſcunt, quarum ſingulæ, grana centum & amplius pendunt. Sic grana alba, rubra, flava, cærulea, in Virginea ſunt.

Frugum omnium communiſsimum Indiæ Occidentalis locis, in Peru, nova Hiſpania, Guatimala, Chile, & univerſa terra firma, in Inſulis verò non item: ſic & in Indiæ Orientalis aliquibus. Hoc Indi communiter cum primo commiſcent: & ex hoc ſolo panem Arepas nominatum, & potum Chicha (potus ſubacidulus Cici dictus: par. 9. Ind. Occid. addit.) Indis vocatum; ut fortiſsimum, quod in Peru Sora dicitur.

an hæc herba quâ in Braſilia aliquando ſenes virilia contegunt, cujus folia duorum digitorum latitudine, paulùm incurva, in longitudinem excreſcentia, veluti calamus qui ſpicam Milij ſive Tritici Sarracenici contegit: Lerio in Braſil. cap. 7.

Hactenus ex hiſt. Indica: ſubjiciamus recentiorum nomina.

Turcicum frumentum, Trag. (cui & Typha magna) Fuch.

Frumentum Indicum, perperam Turcicum, Matth. Lon. Caſt.

Milium Indicum Plinianum, Ruell. Geſ. Ad. Lob. cui & Mays Occidentalium.

Milium Indicum, Dod Gal. (cui & frumentum Aſiaticum,) Tur. Lac. Geſ. cat.

Frumenti octava ſpecies Turcic. dictum, Ang.

Triticum Bactrianum ſive Indicum, Cord. hiſt. Geſ. hort.

Frumentum Turcicum, Ang. Dod. Geſ. hor. (cui & Panicum peregrinum rectius,) Tab. Ger.

Triticum Indicum Fuch. & Matth. Lugd. Porte.

Maizum, Monardi.

Maiz, triticum Indicum potius, quàm frumentum Turcicum dicendum, cùm non ex Aſia,

ſed India primum ſit allatum, Cam.
Maiz Indorum, Panicum Indicum, Cæſ.
Mays, quod nulla ſpecie cum Milio, quod Plinius ex India in Italiam importari ſcribit, convenit, Joſeph. Acoſta hiſt. Ind. l. 4. c. 16.

Variat apud nos floris colore, purpureo, rubeo, luteo, aliquando pro ratione fructus futuri: granorum in colore quatuor præcipuè genera: habetur enim granis rufeſcentibus, nigricantibus, crocantibus, & ſubalbicantibus.

IV. Frumentum Ind. Mays dictum alterum.
Milium Indicum magnum aliud, Lob. ico.
Milium Indicum, Caſt.
Frumentum Indicum, Tab.
Frumentum Aſiaticum, Ger.

Hoc cùm ſpicarum colore variet, idcircò Tabernæmontanus ſpicas ſedecim, Gerardus verò 12. pingit: quæ colore ſunt vel ſimplici, vel mixto: ſimplici, albo, luteo, aureo, violaceo, ſpadiceo, nigro: mixtis coloribus, albo, ſpadiceo: & cæruleo: cæruleo, albo, nigro, partimq; punctis ſpadiceis mixto: albo, violaceo, luteo cum punctis ſpadiceis: rubro, nigro & ſpadiceo: luteo albo, aliquando cæruleo & violaceo, aliquando luteo & albo, violaceis & cæruleis punctis aſperſis: rubro & ſpadiceo: aureo & albo: cæruleo, luteo, albo, & punctis cæruleis aſperſis: deniq; cæruleo, luteo, violaceo & albo.

V. Frumentum Indic. Mays dictum minus.
Hujus Tabern. meminit, quòd prioris altitudinem tantùm mediam attingat, cujus ſpicæ non ad culmorum latera, ſed floribus ſuccedant, colore albo, rubeo, ſpadiceo, luteo, atrorubente, & aliquando mixto.

MILIUM EJUSQUE SPECIES.

Milium, à miliari ſumma Feſto, quaſi milleſimum granum ferat. Κέγχρος *Dioſcor. lib. 2. cap. 119. & Theoph. 8. hiſt. 3. à numeroſiſſimis & minutis granis ficuum, quæ* Κεγχραμίδες *vocantur. Hippocrati ſecundùm Galenum* πάνικον *Milium, Plin. lib. 18. c. 7.*

I. Milium ſemine luteo vel albo.
Milium, Brunf. Trag. Matth. Fuch. Tur. Dod. Cord. in Dioſc. Lac. Lon. Lob. Caſt. Tab. Lugd.
Milium Dioſcoridis, Theophraſti & Plin. Cæſ.
Milium vulgare, Geſ. hor. Ad. commune, Ang.
Milium aureum & album, Cam.

II. Milium ſemine nigro.
Milij nigri ſpecies apud Oribaſium, Ang.
Milium ſemine nigro & latiore juba, Lob. obſ.
Milij alterum genus è colore nigro deterius, Cæſalp.
Milium jubâ ſubinde coloris nigricantis, Dod.
Milium nigrum, Tab. Cam. Ger.

Hoc quod in Argovia Bernatum frequenter ſeritur, à vulgato differt folijs latioribus, caule non adeò alto, jubâ ſparsâ & minore, ſemine aliquantum majore & rotundiore, & ad pultes conficiendas altero longè utiliore.

III. Milium Sabæum.
Millo, frumentum in Guinea parvum, Milij forma ſed dulcius, ex quo panem & vinum conficiunt in Regno Sabo: ad Cluſ. curas poſt.

IV. Milium arundinaceum ſubrotundo ſemine, Sorgo nominatum.
Milium quod ex India in Italiam invectum nigro colore, Plinio.
Panicum Dioſcoridis & Plinij, Trag.
Milium Indicum, Matth. Fuch. ico. (cui & Sarracenicum,) Geſ. hor. Cord. hiſt. Guiland. Lugd. Caſt. deſ.
Milium Indicum Plinij, Ang. Cam.
Milium aliud, Ama.
Panicum Indicum, Geſ. hor.
Sorghi, Fuch. Dod. gal. (cui Panici ſpecies videtur,) Lon.
Sorgum, Geſ. hor. Tab. (cui & Panicum loculare,) Ger.
Sorgo, Melica Italorum, Lob. Sorgo Inſubrum, Bellonio.
Melica ſive Sorgum, Dod.
Melica, fortè à Meline: Sagina aliis à ſaginando, Calamagroſtis Dioſcoridis ex hoc genere videtur, Cæſ.

Variat ſeminis colore, quod aliàs rufum, aliàs plenius nigricat: habetur & album & luteum, quod
Sorgum fructu rubro & fructu albo, Eyſt.

V. Milium arundinac. plano albo; ſemine.
Sorgo ſimile granum, Hareomen Arabum, Bellonio.
Dora, Rauvvolfio.
Milium Æthiopicum, Portæ.

an Mi-

an Milium album in Regno Congi, quod Mazza di Congo, id eſt, ſemen Congianum vocant, hiſt. Ind. Orient. part. prim. libro ſecundo, cap. primo.

PANICUM EIUSQUE SPECIES.

Ἕλυμος ἡ μελίνη Dioſcoridi lib. 2. cap. 120. Theoph. 8. hiſt. cap. 1. 3, 7. & 10. μέλινος. Ἕλυμος, forſan ab ἑλύω involuo. Plin. lib. 18. cap. 7. Panicum, à paniculis quibus ſemen ineſt. Mel frugum Dioclis, eidem lib. 2. cap. 25. μελύνη, quaſi melleum quidpiam.

I. Panicum Germanicum, ſive paniculâ minore.
Milium agreſte ſive exiguum, Trag.
Panicum, Fuch. Tur. Dod. Cord. Geſner. hor. Lon. Lob. Cæſalp. Cam. Tab. Ger.

Variat paniculis albis, flavis & purpureis: ſemen album, luteum, rufeſcens: Dioſcorides frumentaceis, Gal. leguminibus jungit.

II. Panicum Italicum, ſive paniculâ majore.
Panicum Marcello, Hermolao, Ruellio, Matthiolo, cui & domeſticum: Anguil. Cæſalp. Portæ.
Panicum ſatiuum, Lugdunenſi.
Panicum vulgare, Cluſ. hiſt.
Panicum aliud Indicum, paniculâ villosâ, Lob.
Panici Indici ſpica, Dodon.
Panicum Indicum, Tab. Ger.

III. Panicum Indicum ſpica obtuſa cærulea.
Panicum cæruleum Indic. Ad. Lob. ico. Cam. Tab.
Panicum Indicum, Dod. Ger. ſive peregrinum, Lugd.
Panicum Americanum, Cluſ. hiſt.

Panicula eſt ſubcærulea, in calidioribus regionibus magis ſatura.

IV. Panicum Indicum ſpicâ longiſsimâ.
Panici Americani ſpica grandis vel ſesquipedalis, Cluſ. hiſt.
Panicum Æthiopicum ex Guinea, Cluſ. hiſt. ap. ad lib. 6.

DE SESAMO ET ERYSIMO CEREALI.

CUM Dioſcorides & Theophraſtus Seſamum inter fruges retulerint: & Plin. lib. 18. cap. 10. frumenta æſtiua dixerit, Seſama, milium, panicum: ſic & Eryſimum in Aſia & Græcia, Seſamo ſimile aſſerat: & Theophraſtus 2. cauſ. plant. 17. ſemina hæc, milium, ſeſamum, eryſimum inter fruges repoſuerit: & 6. cauſ. plant. 19. Seſama & Eryſimum ſicca cibo idonea, non verò viridia ſcripſerit, de utroque nunc.

Seſamum & Seſama ſimiliter Dioſcoridi lib. 2. cap. 121. Theoph. pluribus locis σήσαμον, aliis σησάμη dicitur. Duplex Theophraſtus agnoviſſe videtur, dum 8. hiſt. 5. inquit, Et Seſami genus quoddam candidum datur.

SESAMUM VETERUM.

Seſamum, Matth. Ang. Tur. Lob. Dod. Caſt. Tab. Portæ.
Seſamum verum, Cord. in Dioſc. Geſ. hor. Lugd. Cam.
Seſama, Cæſalp.
Sempſem, Alpino.

Semen ex Alexandria, Creta, Sicilia affertur.

ERYSIMUM.

Theophraſti folio hederaceo, *τραγόπυρον ἢ φυγόπυρον*, hirco-triticum & fagi-triticum, quòd fagineam glandem forma triquetra & colore ſordido quodammodo referat, licet multo minus ſit.

Ocymum veterum, Trago.
Frumentum Sarracenicum, Matth. Lugd. Caſt.
Tragotrophon & Fago-triticum, Dod. gal.
Eryſimi alterum genus Theoph. Cord. in Dioſc.
Irion cerealis ſive Eryſimum Ruel.
Eryſimum cereale, Geſ. cat. Portæ.
Frumenti genus folio hederaceo, Eid.
Formentone, Ang. (cui Ocymum eſt Varronis) Cæſalp.
Frumentum vaccinum, Lon.
Eryſimum Theophraſti, Lob.
Fegopyron, Dodonæo, Fagopyrum, Ad. (an Eryſimum Theoph.) Lob. ob. (& Lampſana vera quorundam,) Franco.
Ocymum cereale, Cluſ. pan. Tab.

tibus venis, ut Græcarum litterarum figura A. I. inſcripta legatur. Duplicis Veteres meminêre, alter Poëticus, alter Medicus eſt: illum, aliqui fabuloſum vel Poëticum: hinc, hiſtoricum ſeu Medicum vocant: rurſus alius Græcorum, alius Latinorum eſt; Græcorum eſſe Hemerocallida Dioſc. ſive Lilium rùbrum Plinij; Latinorum, Iridem radice tuberoſa, cenſent; Medicorum verò ab utroque variat, de quo in præſens.

HYACINTHUS COMOSUS.

I. Hyacinthus comoſus major purpureus.
Hyacinthus Dioſcoridi.
Bulbine prima, Plinij, forte alijs Pericarpus bulbus, Ejusd.
Hyacinthus quartus & major, & Hyacinthus rubens Virgilij, Trag.
Hyacinthus, Ruel. Matth. Cord. in Dioſc. Geſ. cat. Port. Caſt.
Hyacinthus maximus, Tur. major, Lugd. Tab.
Hyacinthus primus, Ama. Fuch. Geſ. hor.
Hyacinthus cæruleus maximus, Fuch. fol.
Hyacinthus cæruleus major mas, Fuch. ico.
Hyacinthus ſylveſtris, Cord. hiſt.
Pancratium, Geſ. hor. Lac.
Bulbus, Ang.
Bulbi eſculenti genus, Dod. gal. Lugd.
Bulbi ſylveſt. primum genus, quem Fochos Theophraſti, ſuſpicatur, Cæſ.
Hyacinth. magnus, & Bulb. Vomitorius, Lon.
Hyacinthus primus Matthioli, Cluſ. hiſt.
Hyacinthus Neotericorum ſive comoſus ſpurius tertius, Dod.
Hyacinthus comoſus, Dioſc. Ad. major, Lob. Cam. Lugd.
Hyacinthus comoſus, Ger. ſpurius, Eyſt.

Variat: alter præcox, latiore folio, coma craſſiore, majoreq; bulbo: alter ſerotinus, anguſtiore folio, coma tenuiore, laxiore tamen & elegantiore, minoreq; bulbo: Hinc apud Cam.
Hyacinthus comoſus major ſive ſerotinus & minor ſive præcox, & flore communiter purpureo, vel cæruleo purpureo (rarius albo) qui
Hyacinthus comoſus purpureus, Svvert.

II. Hyacinthus comoſus albus Belgicus.
Hyacinthus comoſus albus, Lob. Lugd. albo flore, Cluſ. hiſt.
Hyacinthus comoſus leucanthemos, Cam.

Huc referatur
Hyacinthus comoſus fl. albo obſoletiore Cluſ. pan.

III. Hyacinth. comoſus albus Byzantinus.
Hyacinthus comoſus Byzantinus, Cluſ. pan. & hiſt. Eyſt.

Flores initio candicantes, cùm marceſcunt fuſci: vel exterius ſubfuco obſoleto colore, intus albicantes, ad fundum capillis nigricantibus.

IV. Hyacinthus comoſus Hiſpanicus.
Hyacinthus comoſus major Hiſpanico ſemine natus, Cluſ. pan. & hiſt.

V. Hyacinthus paniculâ cæruleâ.
Hyacinthus Sanneſius comâ panniculoſâ, Colum.
Hyacinthus comoſus ramoſus nondum deſcriptus purpureoviolaceus, du Bry.

HYACINTHUS RACEMOSUS.

I. Hyacinthus racemoſus cæruleus major.
Hyacinth. botryoides cæruleus amœnus, Lob. ico.
Hyacinth. botryoid. cæruleus major, Tab. Ger.
Hyacinthus botryodes cæruleus, Cluſ. pan.
Hyacinthus botryoides odoratus, Cam.
Hyacinthus botryoides major, Eyſt.
Hyacinthus botryoides major Hiſpanicus, Svvert.

II. Hyacinthus racemoſus latif. ſpecioſior.
Hyacinthus botryodes cæruleus, vel 3. genus, Cluſ. pan. vel purpureus 3. Eyſt. hiſt.
Hyacinthus botryoides incarnatus, Tab. Eyſt.
Hyacinthus botryoides cæruleus amœnus, Ger. ico.
Flos dilutioris purpuræ etiam in cæruleum tendens.

III. Hyacinthus racemoſus albus.
Dipcadi candidis floribus, Lob. Lugd.
Hyacinthus botryodes lacteus, Cluſ. pan. Tab. Ger. albo flore, Cluſ. hiſt. Eyſt.

Variat floris colore lacteo, niveo, cui diluti ſſima purpura perfuſa: eſt & tertius floribus ex cæruleo vireſcentibus: Svvertius carneo, albo & cæruleo botryoides nomine pingit.

IV. Hyacinthus uvâ ramoſâ major.
Genera tria Dioſcorides agnovit, στρογγύλην, μακράν, πολυμόρφους. Plinio genera quatuor: unum tuberibus radicum rotundis: alterum radice longa: tertium longiſsimæ tenuitatis, quæ Clematis, ab alijs Cretica vocata: quarta quæ Piſtolochia, tenuiori proxima, quam quidam Polyrrhizon cognominant, &c.

I. Ariſtolochia rotunda, flore ex purpura nigro.
Ariſtolochia rotunda vera, Trag. Lon. Cam.
Ariſtolochia rotunda, Matth. Dod. ut: Anguil. Cord. in Dioſc. Geſn. hort. Tur. Lac. Adv. Lob. Caſt. Lugd. Eyſt.
Ariſtolochia rotunda 1. Cluſ. hiſp. & hiſt.
Ariſtolochia fœmina, Lugd.
Ariſtolochia prima, Cæſ.

II. Ariſtolochia rotunda flore ex albo purpuraſcente.
Ariſtolochia rotunda altera, Cluſ. hiſp. & hiſt.

Anguillara plures ſpecies inveniri ſcribit: verùm hæc non ſolùm colore floris, ſed & foliis & fructu à priore differt.

III. Ariſtolochia longa vera: & Ang. Cam.
Ariſtolochia longa, Dod. ut: Cord. in Dioſcor. Geſn. hort. Ad. Lob. ico. Cluſ. hiſp. & hiſt. Lugd. cum Cluſij & Fuchſij figura.
Ariſtolochia altera radice pollicis craſsitudine, Cæſ.

IV. Ariſtolochia longa Hiſpanica.
Ariſtolochia longa altera, Cluſ. hiſp. & hiſt.

V. Ariſtolochia Clematitis recta.
Ariſtolochia, Brunf. longa, Trag. Matth. Fuch. Tur. Lac. Lon. Caſt. Lugd.
Ariſtolochia longa altera, quæ Clematitis veteribus, Cord. in Dioſc.
Ariſtolochia longa vulgaris, Ang. Cam. epit. & hort. Eyſt.
Ariſtolochia Clematitis, Dod. gal. Ang. Geſn. hort. Adv. Lob. Tab. Ger.
Ariſtolochia Sarracenica, Dod. Lugd.
Ariſtolochia Clematitis 1. Cluſ. hiſp. clematitis vulgatior, Eid. hiſt.
Ariſtolochia altera radice tenui, Cæſ.

VI. Ariſtolochia Clematitis ſerpens.
Ariſtolochia clematitis, Dod. Lugd. Caſt. deſc.
Belli epiſt. 1. ad Cluſ. vel
Ariſtolochia Cretica.
Ariſtolochia clematitis altera, Cluſ. hiſp. vel
Beotica, Eid. hiſt.
Ariſtolochia Clematitis altera Hiſpanica, Lob.

Flos luteus, aut ex purpura nigricans.

VII. Ariſtolochia Piſtolochia dicta.
Piſtolochia, Dod. ut: Geſn. hort. Cluſ. hiſp. & hiſt. Cam. epit. Caſt. Lugd. cum Cluſ. & Dodon. figura.
Ariſtolochia polyrrhizon, ſive Piſtolochia Plinij, Ad. Lob.
Ariſtolochia altera plures radices ſpargens, Cæſalp.

Flos aliquando niger, aliquando ex herbido luteus.

VIII. Piſtolochia Cretica.
Piſtolochia altera ſempervirens, Cluſ. hiſt. ap. 1.

IX. Ariſtolochia Maurorum.
Rhaſut & Rumigi à Mauris nominata, Rauvvolff. Lugd. append.
Ariſtolochia peregrina Rauvvolfij, Cluſ. hiſt.

CYCLAMEN.

Κυκλάμινος Dioſcoridi lib. 2. cap. 194. foliis eſt hederæ purpureis, variis, ſupra inſtar albicantibus maculis, &c. Theophraſto 9. hiſt. 10. Gaza tuber terræ reddidit, imitatus Plinium, cui lib. 25. cap. 9. Cyclaminus, noſtris Tuber terræ dicitur.

Differentiæ: alius vere, alius autumno floret: quibuſdam flos odoratus, alijs inodorus: & flore rubro, albo, luteo, tum qui autumno floret & odoratus eſt. Pettillium Plinij l.21.c.8. Anguillara cenſet: ſic æſtivum, Spharitin Aëtij Bononienſes, Camerario notante, credunt.

I. Cyclamen orbiculato folio infernè purpuraſcente.
Cyclaminus minor & Umbilicus terræ, Trag.
Cyclaminus, Matthiol. Dodon. gal. Cord. in Dioſcor. & hiſtor. Geſn. hort. Lac. Turn. Lon. Tabern.
Cyclaminus major, Caſt.
Cyclaminus rotunda, Fuch.
Cyclaminus orbicularis rotundifolius, Dod.
Cyclamen vulgare, Eyſtett. officinarum orbiculato folio, Panis porcinus, & Arthanita, Lobel. ico.
Cyclaminus flore odorato, Cluſ. pan. & hiſt.
Cyclaminus vulgaris, & Cyclam. prior, cum icone Matth & Lobelij, Lugd.
Cyclaminus æſtivus vulgaris, Cam.
Cyclamen orbiculato folio, Ger.

Flos nunc dilutius, nunc ſaturatius purpuraſcit: albo flore rarius reperitur. Radice eſt aliquando maxima, & ejus ſpecies quædam, radice inſtar capitis arietis, Geſn. hort.

II. Cyclamen orbiculato folio infernè ex viridi pallente.
Cyclamini odorati altera ſpecies, Cluſ. pan.
Cyclamen odorato flore 2. Eid. hiſt.

III. Cyclamen radice maxima folijs infernè rubentibus.
Cyclamen Romanum, Eyſt.
an Cyclamen à Mutono, Cluſ. hiſt.

IV. Cyclamen folio anguloſo.
Cyclamen folijs anguloſis, Geſn. hort.
Cyclamen vernum, Lob. ico. Cam.
Cyclamini orbiculati tertia ſpecies, Dod.
Cyclaminus verno tempore florens, Cluſ. pan. & hiſtor.
Cyclamen vernum, Eyſt.

Folio eſt rotundiore rarius oblongiore, floribus intenſius quam in vulgari rubentibus, vel omnino albeſcentibus.

V. Cyclamen odoratum æſtivo ſolſtitio florens folio maculato.
Cyclamini odorati duplex varietas, Cluſ. hiſt.

Prima folijs aliquantum anguloſis, albis maculis obſcurè averſa parte notatis: flos ſaturatè purpuraſcens. Alterius folia averſa parte viridia, adverſa maculis albis manifeſtis, flos dilutiùs purpuraſcit, vel omnino albeſcit.

VI. Cyclamen hederæ folio: & Adv. Lob. Cluſ. pan.
Cyclamini alia ſpecies, Dod. gal.
Cyclaminus orbicularis, Dod. alter orbicularis, Lugd.
Cyclaminus inodoro purpuraſcente flore, Cluſ. hiſt.
Cyclaminus æſtivus folio hederaceo, Cam.
Cyclamen ſerotinum folijs hederaceis, Eyſt.

VII. Cyclamen folio hederaceo polyanthes.
Cyclaminus Byzantinus alter, tubere palmaris latitudinis πολυανθὲς: tulit flores 20. 50. 100. Cluſ. hiſt.

VIII. Cyclamen radice caſtaneæ magnitudinis.
Cyclaminum Conſtantinopolitanum, vel byzantinum, Cluſ. pan. & hiſt.

Folia prona purpuraſcentibus ſupina candicantibus maculis notantur.

IX. Cyclamen radice exigua.
Hermodactylus quorundam, Trag.
Cyclaminus exigua, Eidem.
Cyclaminus montis Juliani, cujus Meſues meminit, Ang.
Cyclamini exiguæ veræ ſpecies, Lugd.
Cyclaminus radice avellanæ, Cluſ. pan.
Cyclaminus æſtivus, Eid. hiſt.
Cyclaminus minor, Caſt.

X. Cyclamen oblonga radice.
Cyclaminus radice oblonga malo in fine adnexo, Geſn. hort.
Cyclaminus oblongum, Eid. append.
Cyclaminus μακρόριζος, Cam. epit. longius radicatus, Eyſt.
Cyclaminus cujus radix digitalem craſsitiem non ſuperat, & cubitalis eſt longitudinis, Cluſ. pan.
Cyclamen odoratum μακρόριζος, Cluſ. hiſt.

XI. Cyclamen vernum luteum.
Cyclamen luteo flore, Ang. Ad. Lugd.

XII. Cyclamen vernum album.
Cyclamen vernum flore albo, Lob. adv. part. 2.
Cluſ. hiſt. ap. alt. auct. quod folijs circinatæ rotunditatis, Eid. cur. poſt.

XIII. Cyclamen folijs Violariæ radice cordis effigie.
Cyclamen vernum ſpurium, Cl. hiſt. ap. alt. auct.

GRA-

GRAMEN PARNASSI.

GRamini quod in Parnaſſo monte provenit, folium hederaceum, florem candidum, &c. Dioſcorides l. 4. c. 32. tribuit: ubi & alterius in Cilicia nati meminit, quod incolæ Κίννων appellent, cujus virentis ſuboves inflammentur: quid velit non aſſequimur.

I. Gramen Parnaſſi albo ſimplici flore.
Gramen Parnaſsi, Dod. ut: Geſn. hort. Lobel. icon. Eyſtett.
Hepatica alba, Cord. hiſt.
Enneadynamis Polonorum, Geſn. hort.
Unifolium paluſtre, Geſn. collect.
Gramen Parnaſsi hederaceum recentiorum, Adv. Lob. ob.
Gramen hederaceum, flos hepaticus, Tab.
Gramen Parnaſsi minus, Ger.

II. Gramen Parnaſsi albo pleno flore.
Gramen Parnaſsi duplicato flore, Lob. Lugd.

SAXIFRAGA.

SAxifraga ab effectu dicta, cum ejus ſtillatitia, ut & decoctum, lapides renales & frangere & pellere dicatur; ut & farina granorum ad radicem, ex decocto ſumpta.

I. Saxifraga rotundifolia alba.
Saxifragia, Brunf. major, Eid. 4. Fuch. Lac.
Saxifraga alba, Trag. Dod. ut: Fuch. icon. Geſn. hort. Lugd. Thal. Cam. Tab.
Saxifragia quarta, Matth. Caſt.
Saxifraga, Lon. alba chelidonides, Ad. Lob.
Theligoni affinis herba, Cæſ.
Saxifraga alba tuberoſa radice, Cluſ. hiſt.
Hæc nonnullis locis foliis eſt majoribus, altiuſque exurgit: frequentius tamen minoribus eſt & humilior.

II. Saxifraga ad folia bulbos gerens.
Saxifraga bulboſa altera bulbifera montana, Colum.

III. Saxifraga rotundifolia aurea.
Saxifraga aurea, Dod. ut: Geſn. hor. Thal. Cam. Ger. Lugd. cum. Dod. & Lobelij figura.
Saxifraga aurea lichenis facie, & natalitijs, Ad. Lobel.
Chryſoſplenium, Tab.
Hepatica paluſtris, Eyſt.
Eryſimi ſpecies Aldroando dicebatur: In hiſtoria Lugd. Saxifragæ alpinæ figura jungitur, quam cum priore eandem ſuſpicor.

CHELIDONIA MINOR.

CHelidonia duplex habetur, major de qua ſupra: minor, de qua nunc, quam Dioſcorides lib. 2. cap. 212. χαλκάνθινον τὸ μικρὸν, aut πυρὸν ἄγριον nominat, cujus deſcriptio, præter vires, noſtræ convenit: an forſan ratione ſoli diverſitas obvenit? Plin. lib. 25. cap. 13. Strumea cenſetur, quo loci de Ranunculis agit.

I. Chelidonia rotundifolia major: in Prodromo deſcripta.

II. Chelidonia rotundifolia minor.
Teſticulus ſacerdotis, Sylvatico.
Ficaria & ſcrophularia minor, vel 2. Brunf.
Hæmorrhoidum herba, Hier. Brunſvvic.
Chelidonium minus, Trag. Matth. Fuch. Dod. ut: Ang. Cord. in Dioſc. & hiſt. Geſn. hort. Tur. Lac. Lon. Guil. (an Amellus ſit dubitat) Adv. Lob. Lugd. Caſt. Thal. Tab. Ger. Eyſt.
Malacociſſus minor, Fuch. ico.
an Ranunculus latifolius, Lugd.
Favagello, Cæſ.
Hujus folia aliquando macula purpurea notantur: flore eſt luteo ſimplici: ratius pleno Camerario monente.

NUMULARIA.

NUmularia à folijs nummi ſpeciem referentibus dicta: alijs Centummorbia, à mirifica in vulneribus medendis facultate: alijs Hirudinaria, quod hirudinis inſtar paſſim terræ affixa hæreat. Sunt qui Numulum Plinij lib. 18. cap. 28. cenſeant, ubi falsò Nummulus legatur: an fortè apud Theophraſtum lib. 9. cap. 14. ἐφυβέδλαυον, Rubiam Gaza vertit.

I. Nummularia major lutea.
Serpentaria 3. & Centummorbium, Brunf.
Nummularia, Trag. Matth. (& Lunaria minor) Fuch. Dod. ut: Geſn. hort. Lon. Adv. Lob. Lugd. Caſt. Cæſ. Cam. Tab. Ger. Eyſt.
Centimorbia, Geſn. Turn.
Hirudinaria minor, Tab.
Ratione ſoli variat: hortenſis per omnia major, ſylveſtris contrà: hinc duæ icones apud Tab. Hirudinariæ majoris & minoris: & apud Ger.

Numulariæ, & Numulariæ minoris, nomine.

II. Nummularia minor purpuraſcente flore: quæ in Prodromo deſcribitur.

SECTIO QUARTA.

CUCUMIS; MELO; PEPO; MELOPEPO; ANGURIA; CUCURBITA; COLOCYNTHIS; CUCUMIS ASININUS.

CUCUMIS.

ETſi Σικυος nomen apud Græcos, (quemadmodum Cucumeris apud Latinos) generale ſit omnium horariorum fructuum, videlicet Peponum, Melonum, Cucumerum, Angariarum & cæterorum ejuſdem generis, ut Guilandinus quoque notavit: attamen Σικυος ἄμιξ & Dioſcoridis l. 2. c. 163. Theophraſti 1. hiſt. 18. alijs σικύον, & πεπόν. Cucumer Plinio l. 19. c. 5. Cucumis Varroni à curvore, quaſi Curvimer, dicitur.

Genera duo Dioſcoridi & Theophraſto, ſativa & ſylveſtris: ſativa, inquit Theophraſtus, partim genera eſſe exiſtimant, ut & Cucurbita, partim negant: ſed in uno eodemq; genere, alias meliores, alias deteriores affirmant. Cucumeris tria genera notant, Laconicum, Scytalium, Bœticum. Plinius l. c. de Cucumere agens, Melones, Cucumeres & Angurias complectitur: admonens, ea forma qua cogantur creſcere: ſic flore in fiſtulam demiſſo, mira longitudine naſci: ſubjungens, Græcos Cucumerum tria genera feciſſe Laconicum, Scytalicum & Bœticum: ſic de ſylveſtri l. 20. c. 1. & de anguino ſive erratico l. 20. c. 2. egit.

I. Cucumis ſativus vulgaris.

Cucumis ſativus, Brunf. Matth. Fuch. Dod. gal. Lon. Caſt.
Cucumis, Trag. Ang. Tur. Lac. Fracaſt. Tab.
Cucumis vulgaris, Dod. Ger.
Cucumer ſativum, Cord. in Dioſc.
Cucumis ſativus & eſculentus, Ad. Lob. Lugd.
Citreolus vulgo, Cæſ.

Cucumeres virides, albi, longi, recurvi: læves, aſperi: Alijs Sycios Galeni, alijs ejuſdem Melopepon. Fructus maturus ſubluteus eſt: habetur & totus albus.

V. Cucumis ſativus major.

Cucumis Turcicus, Fuch. Tab. Ger.
Cucumis ex Hiſpanico ſemine natus, Tab. Ger.

III. Cucumis flexuoſus.

Cucumis longus, Matth. Lugd. oblongus, Dod.
Cucumis anguinus & tortilis, Lac.
Cucumis anguinus, Ang. Geſn. col. Lugd. anguina, Tab. Ger.
Cucumis flexuoſus, ſive anguinus, Adv. Lob.
Cucumis ſativus 2. Caſt.
Citreolus alter forma anguis, Cæſ.

Hujus ſpecies habetur fructu cubitali. Sic in regno Congiano inſignis magnitudinis & ſuavitatis habentur: part. 1. Ind. Or. l. 2. c. 1.

IV. Cucumis pyriformis.

Cucumer minor pyriformis, Tab. Ger.

V. Cucumis Ægyptius rotundifolius.

Chate Ægyptijs, cucumerum genus, Alpin.

MELO.

CUcumerum genera cenſentur Pepones & Melopepones, potiſſimum figura & quantitate differentes: majores enim & oblongi, Pepones: mali effigiem referentes, Melopepones, nomine ex Melone & Pepone compoſito dicuntur. Hoc genus Palladius Melones, quaſi μήλωνας, id eſt pomeos, à malorum figura appellavit, quod nomen adhuc in uſu eſt. Sicq; tria Cucumeris genera ſtatui poſſunt, Cucumer, Melo & Pepo. At Melon Theophraſto Sycion; Plinio, Cucumis mali cotonei effigie, Melopepo Galeni: forte Cucumis antiquorum.

I. Melo vulgaris.

Melo, Brunf. Trag. (& Melopepo) Lac. Tab. Gerard.
Pepo, Matth. ico. Fuch. Lugd. Caſt.
Pepo, grandis Melo, Cord. hiſt.
Cucumis Galeni & antiquorum, Dod. gal.
Melo vulgaris, Melopepo in Græcia, Guil.
Melo ſive Melopepo vulgi, Cucumis Gal. Dod.
Melo vulgi, ſive Cucumis antiquorum, Melopepo Dioſcoridis, Ad. Lob.
Melon vulgo & Pepon, Sycion Theophraſti, Melopepon Galeni, Cæſ.
Melopepo, Geſn. hort. Lon. Lugd.

Variat fructu, nunc oblongo, alias contractiore rotundioris figuræ, alias modicè depreſſo & ſeſſili: Subinde majore, ſcilicet.

Melo

Melo Hispanic. Tab. & Ger. quandoq; minore. Cortex alijs asper, rugosus & tuberosus: & hic est Pepo strumosus, Ad.

Alijs lævis: nunc viridis, nunc cinereus, nunc pallidus, nunc varius. Pulpa, alijs rufa, alijs candida & virens: eaque quibusdam suavior, quibusdam mosshi odore, qualium Cordus & Dodonæus meminere. Aliqui æstivi, aliqui hyberni ad hyemem perdurantes. Habentur, Camerario monente, Americi & alij Italici, Patavini, item Zatti dicti: tum Neapolitani, quorum semina adeo tenui crustula teguntur, ut excorticata videantur, Gymnospermi appellati: denique pilosi.

II. Melo rotundus parvus.

Melo succaratus, Lob. ic. saccharinus, Tab. Ger.

Dantur aurei, parvi, in modum pomorum Arantiorum, Cam. vel ut Cæs. mali rosei magnitudine. Meminit & Garzias Melonis genus in Hispania, quod Budiecas vocent.

III. Melo pyriformis moschatus.

Melo Saccharinus variegatus, Eyst

IV. Melo pyriformis.

Pyromelo, Tab. Gerard.

V. Melo Ægyptius.

Abdellavi Ægyptiorum, Melones à nostratibus diversi, Alpin.

VI. Melonis Ægyptij alterum genus.

Chajar, Melonum genus apud Ægyptios, Alp.

VII. Melo Indicus fructu oblongo.

Batie Indi, sive Indicus Melo, Garziæ.

Patecas, Anguria, sive Melo Indicus, Linsc. par. 4. Ind. Or. c. 10.

Melones aquatici in Java, Batiec in universa India: par. 4. Ind. Or. c. 6. & fig. 20.

an Comolanga, Lud. Romani, Clus. in Garz. Scalig. Lugd.

VIII. Melones Peruani.

Melones in valle Peruana tanta felicitate proveniunt, ut radix caudicis cassitudinem assequatur & viva aliquot annis in solo vigeat, quę quotannis Melones profert, cujus luxuries non secus ac cæterarum arborum amputatur: Joseph. Acosta l. 4. c. 19.

IX. Fructus Melonum similis, cortice duro vestitus, in Java, Linscot. par. 3. Ind. Or. c. 10.

P E P O.

Πέπων Dioscoridi l. 2. c. 164. Theophrastus 1. hist. 22. & Plinius l. 2. c. 2. de Peponibus, quæ Dioscorides refert: qui l. 19. c. 5. scribit, Cucumeres cum magnitudine excesserunt, Pepones vocari. Dictum volunt ἀπὸ τοῦ πεπαίνεσθαι maturescere, eò quod maturitate flavescant.

I. Pepo oblongus.

Pepo, Brunf. Lon. Cast. Camer.

Pepo magnus, Dod. gal. Ges. hort.

Pepo major oblon. Dod. max. oblong. Tab. Ger.

Cucumis Pepóve oblongus, sive ovalis vulgatissimus, Ad.

Pepo oblongus, Lob.

Melo seu Pepo oblongus, Cæs.

Variat magnitudine: hinc apud Tab. duæ figuræ, Peponis maximi oblongi, & Peponis Indici minoris oblongi: & apud Ger. qui posteriorem Peponem minorem sylv. vocat.

II. Pepo compressus major.

Pepo maximus Indicus compressus, Lob.

Pepo rotundus major, Dodon.

Melon sive Pep. modicè depressa & sessilis, Cæs.

Corticis colore & substantia variat: qui enim albido est colore, substantia est molliore: qui obscurè virente duriore.

III. Pepo compressus minor.

Cucumis seu Zucco marinus, Trag.

Cucumer marinus, Fuch. Tur. Lonic.

Pepo rotund. Dod. gal. Ges. h. rotund. min. Dod.

an Cucurbita rotunda Italica, Lugd.

Corticis colore variat, qui est croceus, luteus, citrinus, niger.

IV. Pepo rotundus Melonis effigie.

Pepo oblongus, rotundus, luteus, viridis, Trag.

Pepo sylv. Dodon.

Pepo rotundus compressus Melonis effigie, Ad. Lob. Lugd.

Pepo Indicus minor rotundus, Tab. Gerard.

V. Pepo rotundus Arantij forma.

Cucurbita Arantij forma, Eyst.

VI. Pepo minor clypeatus.

Pepo Indicus minor clypeatus, Taber.

Pepo Indicus fungiformis, Ger.

VII. Pepo minor angulosus.

Pepo Indicus minor angulosus, Tab. Ger.

Huc & Pepo minor Indicus 4. Tab. referendus.

VIII. Pepo Virginianus.

Macócqvver, peponib. melonibus & cucurbitis valde similis: cujus unum genus menstrui: alterum bimestri spatio maturescit: descr. Virgin.

Macaqvver Virginensium, Clus. ex. l. 2. c. 2. & part. 1. Ind. Occid.

MELO-

MELOPEPO.

I. Melopepo clypeiformis.
Pepo latus, Dod. gal. latioris fructus, Eid. Geſ. h.
Cucumis Pepóve latior clypeiformis, Ad.
Melopepo latior clypeiformis, Lob. icon.
Cucurbita laciniata Dalech. Lugd.
Cucurbita ſeſsilis, Geſ. append.
Melopepo clypeatus, Taber.
Pepo maximus clypeatus, Gerar.

II. Melopepo compreſſus.
Melopepo, Anguil.
Melopepo compreſſus alter, Lob. ico. compreſſus, Tabern.
Pepo maximus compreſſus, Gerard.

III. Melopepo teres: & Lob. & Tab.
Pepo maximus rotundus, Gerard.

ANGURIA.

ANguriæ voce, primum Aëtium uſum eſſe volunt: aliàs Citrullus, à citreo colore dicitur. Peponem Dioſcoridis, Galeni & Plinij, & Arabum Battecha eſſe volunt.

I. Anguria Citrullus dicta.
Citrullus, Trag. Geſ. hor. Lon. Tab. officinarum, Ad. Lob. Ger.
Anguria, Matth. Ang. Lac. Geſ. col. Dod. Lugd. Caſt. Camer.
Cucumer vel Cucumis citrullus, Fuch. Dod. ut: Geſ. hor. Turn.
Cucumer vulgò, Cæſ.
Corticis colore variat, qui alijs viret, alijs ſubcandidis maſculis aſperſus: caro alijs, rubens & dulcior, alijs candida. Semina colore nigro, rubro, fulvo: rarius ſemine caret, ut Cæſ. notavit.

II. Anguria carne lignoſa.
Cucumeris vulgo dicti genus quoddam ſylveſtre, carne intus lignoſa, atq; adeo dura, ut pilæ modo reſiliat, nec frangatur projectum, Cæſ.

III. Anguria Ægyptiaca.
Anguriæ noſtratibus majores, cortice flaviore, quæ intus ſemina tantum & aquam dulciſſimam continent, Alpin.
an Dullaha Arabum, Cæſ.

IV. Anguria Braſiliana.
Citrullæ rotundæ, Maurongans nomine: Lerio cap. 12.

CUCURBITA.

Κολόκυνθα ἐλλόβιμος Dioſcoridi l. 2. c. 162. dicitur, ad differentiam κολοκυνθίδος, de qua l. 4. c. 178. meminit: & Theophraſtus l. hiſt. 18. Latinis, Cucurbita à concurvatu, quod facilè ſiquid obſtiterit, quo minus extendatur, incurveſcat.

Genera duo prima Cucurbitæ Plinio l. 19. c. 5. Camerarium & Plebeium quod humi repit: creſcit qua cogitur forma, libertate vero penſili conceſſa, jam viſa eſt novem pedum longitudinis. Semina quæ proxima collo fuerint, proceras pariunt: quæ in medio, rotundas: quæ in lateribus, craſſas breviores q;.

Calabaſi ſeu Cucurbitæ in India ad miraculum uſq; augeſcunt, quæ in hac ſola provincia Chile naſcuntur & Capallos nuncupantur: Cucurbitarum ſpecies propè infinitæ ſunt, quædam immenſa mole monſtroſæ ſunt, quæ diſſectæ & reſiccatæ excavantur & ex ijs varia vaſa effinguntur: ex minoribus pocula, aut pateras ingenioſè cælatas concinnant: Joſeph. Acoſta l. 4. c. 9.

Sic Braſiliani ex Cucurbitis liquidam pultem, Mingau vocatum, ſorbent: Stad. deſ. Braſil. l. 2. c. 12.

I. Cucurbica major ſeſsilis, flore albo.
Cucurbita cujus fructus in orbem collectus intumeſcit, Trag.
Cucurbita ſeſsilis, Matth. epit.
Cucurbita major, Fuch. Tur. latior, Dod.
Zuccha rotunda, Anguil.
Cucurbita Cameraria major, Dod. gal. Lugd.
Cucurbita ſeſsili fructu, Cord. in Dioſc.
Variat magnitudine, colore corticis, viridi, flavo, candido, maculoſo: aliquando ſulcis diſtinguitur: quædam tuberoſa eſt.

II. Cucur. major rotunda fl. luteo folio aſpero.
Cucurbita Indica, Matth. Caſt.
Zuccha major rotunda, Cord. hiſt.
Cucurb. quam Zuccā marin. Itali vocant; Geſ. h.
Cucurbita rotunda, Cæſalp.
Cucurbita Indica rotunda, Lugd.
Cucurbita Indica major & minor, Tab.
Citrullus major, & Pepo major ſyl. Ger. icon.
Varia hujus genera, magnitudine, facie, & colore differentia: earum namq; quoddam genus eſt, quod utriſq; ulnis vix amplecti poteſt, & in inſula S. Laurentij, ejuſmodi colore rubro, flavo, albo & ſaporis longè gratioris atq; noſtrates, ubertim proveniunt. Palud. in notis ad L. inſcot. ſive par. 2. Ind. Or. c. 5.

III. Cu-

III. Cucurbita lagenaria fl. albo, folio molli.
Cucurbita, Brunf. prior, Dodon.
Cucurbita minor, Fuch. Dod. gal. Turn.
Cucurcita plebeja, Geſ. hort.
Cucurbita lagenaria, Lob. Caſt. Gerard.
Cucurbita lagenaria major & minor, Ad. Tab.
Cucurbita Cameraria minor, Lugd.

Variat fructus, quandoq; lagenarum forma, aliquando ventricoſa abſque collo pyri turbinati figura.

IV. Cucurbita lagenaria Americana.

Cucurbitularum ex quibus Americani lagenulas conficiunt, Americus Veſputius navig. 2. meminit, quas viri de collo ſuſpendunt, quarum una herbâ plena eſt quam mandunt: altera farinâ, quam bacillo madefacto, herbæ aſpergunt.

an Lagenulæ Americanæ è fructu è mari Auſtrali, Cluſ. ex. l. 2. c. 8.

Sic in regno Congo, in Cucurbitis aquam adferunt: par. 1. Ind. Or. l. 2. c. 1.

V. Cucurbita oblonga flore albo, folio molli.
Cucurbita fructu oblongo, Trag. Cord. in Dioſ.
Cucurbita oblonga, Fuch. longa, Tur. Lon. Caſt. Tab. Cam. longior, Dodon.
Cucurbita anguina, Dod. gal. Gerard.
Zuccha longa, Anguil.
Cucurbita, Geſ. hort. ſativa longa, Cæſ.
Cucurbita ſive Zuccha, Ad. omnium maxima anguina, Lob.
Cucurbita Cameraria longa, Lugd.

Falcata figura ſæpe creſcit, quædam cervicem tantum recurvam habent: quædam rectitudine ſervata bicubitalem, etiam tricubitalem longitudinem acquirunt.

VI. Cucurbita capitata.
Cucurbita quædam ſeſſilis alba lata, ab altera parte compreſſa, Geſ. hort.
Cucurbita capitata, Taber.
Cucurbita fungiformis, Gerard.
Cucurbita ſtellata ſive ſeſſilis, Camer.

VII. Cucurbita verrucoſa: & Lugd.

VIII. Cucurbitæ parvum genus, fructu pugni magnitudine, cortice rubro, maculis aſperſo, & ſemine rubro, Joh. Bauhino.

IX. Cucurbitacei generis ſemen ſpadiceum. Fructus alicujus ſem. 1. Gareti, Cluſ. ex. l. 2. c. 16.

X. Cucurbitis non abſimilis fructus Braſilianus.
Fructus in ſylvis cucurbitæ forma non abſimilis, ſed longè amplior, quos fruſtatim concidunt, in aquam conjiciunt, baculo ſpumam excitant, qua pro ſapone utuntur, Lerio deſc. Braſiliæ ſive par. 3. Ind. Occid. c. 17.

COLOCYNTHIS.

Κολοκυνθὶς aut πολύκυνθα ἄγριος, aut σικύα πικρὰ, aut πολύκυνθα Ἀλεξανδρίνη, Dioſcoridi l. 4. c. 178. Cucurbita ſylveſtris, Colocynthis dicta, quæ minor ſativa, Plinio l. 20. c. 3.

Genera varia habentur: alia minor fungoſa & levis, quæ officinarum eſt: alia major, oblonga ac flava: alia candida: alia rotunda varia: alia ſeſſilis, nigra, maculata, magna inſtar Cucurbitæ: & alia ab hac differens etiam ſeſſilis, ſed minor, alia deniq; turbinata.

I. Colocynthis fructu rotundo major.
Cucurbita agreſtis, Brunf.
Colocynthis vera, Trag.
Colocynthis, Matth. Ang. Cord. in Dioſ. (& Cucurbita deferti) Geſ. hort. (& Cucurbita ſylv.) Lac. Lon. Ad. Lob. (& Cucurbitula amara) Lug. Caſt. Gam. Gerard.
Colocynthis prima, Dod. gal. mas, Taber.

Colore eſt viridi, magnitudine utramq; manum replente.

II. Colocynthis fructu rotundo minor.
Colocynthis fungoſa & levis, Cord. hiſt.
Colocynthis minor, Geſ. append.
Cucurbita ſylv. fructu rotundo minor, Cæſ.

Colore eſt flavo, hujuſq; medullâ aridâ officinæ utuntur.

III. Colocynthis oblonga.
Colocynthis grandis oblonga, Cord. hiſt.
Colocynthis grandis candida ſolo colore ab oblonga differens, Eid.

Variat colore: alia enim primùm viridem colorem in cortice oſtendit, poſtea maculis candicantibus conſpergitur, poſtremo totus in luteo pallet, ſitque durus & lignoſus: alia principio viret quidem, ſed mox albicantibus maculis aſpergitur, at in maturitate totus albicat. Cordus in ſua hiſtoria differentias ſex propoſuit, & ex eo Lugd. hiſtor.

IV. Colocynthis pyriformis, ſeu Pepo amarus.
Colocynthis Germanica, Trag.
Colocynthis 2. Dod. gal. fœmina, Taber.
Colocynthis turbinata, Cord. hiſt.

Colocynthis pyriformis, Ad. Lob. Lugd. Ger.
Colocynthis nigra pyriformis, Cam.
Cucurbita sylv. Dod. figura pyri, Cæs.
Pseudocolocynthis pyriforma, Eyst.
Cucurbita syl. Somphos Plin. dicta, quibusdam.
V. Colocynthis pomiformis cortice macula-
Colocynthis exactè sphærica, Ad. (to.
Pseudocolocynthis pomiformis, Eyst.

CUCUMIS ASININUS.

Σικυς ἀγρια & Dioscoridi l. 4. c. 154. Theophrasto 7. hist. 6. & 9. hist. 10. Cucumis sylvestris Plinio l. 20. c. 1.

Cucumis sylvestris asininus dictus.
Cucumis agrestis, Brunf. Cord. in Dioscor. Lugd.
Cucumis sylv. Trag. Matth. Ang. Fuch. Dod. ut: Lac. Lon. Cæs. Cast.
Cucumis anguinus, Tur Cord. hist.
Cucumis erraticus vel asininus, Ges. hort.
Cucumer Elaterij sylv. Ad. Lob.
Cucumis asininus, Tab. Ger. Eyst.

Ex hujus succo exiccato & in pastillos conformato fit ἐλατήριον dictum Dioscoridi l. 4. c. 155. & Theophrast. 9. hist. 10. Gaza agitatorium vertit, ut infra lib. 12. sect. 6. ostenditur.

SECTIO QUINTA.

MALVA; ALTHÆA; ALCEA; CORCHORUS; GERANIUM; SANICULA; PES LEONIS; CANNABIS; EUPATORIUM; POTENTILLA; Herba Molucana; Caryophyllata; Dentaria; Epimedium; Pæonia; Leontopetalon; Chrysogonum; Staphis agria.

MALVA.

Malva μαλάχη Dioscoridi l. 2. c. 144. & Theophrasto 1. hist. 5. à μαλάσσω ab emolliendo ventre, nomen habet, etiam Plinio l. 20. c. 21. monente: idq; propter naturalem lentorem suum, ut Paulus asserit: unde à Martiali l. 16 Mollis vocatur. Latinis Malva & Varroni quasi Molva, quod alvum molliat, qua antiqui in acetarijs cum Lactuca ad alvum subducendam utebantur.

Duplex est Dioscoridi & Plinio, sativa & sylvestris: subjungit Plinius, duo esse genera, quæ folij amplitudine discernantur, majorem Græcos Malopen vocare in sativis: alteram Malachen: è sylvestribus cui grande folium & radices albæ, Althæa vocatur, &c. Theophrastus duplicem exprimere videtur, dum 1. hist. 5. & 14. Malvam in arborem transire scribit, Malvam roseam intelligens: dum verò 7. hist. 7. ait, Malvam coqui & cibo idoneam esse, vulgatam Malvam innuit. Antiquitus in Malvarum foliis scriptitatum, Cinna antiquus poëta indicat, cujus ve[r]sus ab Isidoro referuntur: quare suspicari licet huc respexisse Pythagoram, qui ut Aelianus auctor est, μαλάχης, id est, malvæ folium sanctissimum esse dicebat.

I. Malva sylv. folio rotundo.
Malva, Brunf Matth. Lac. Cast.
Malva vulgaris, Lugd. vulgatissima, Trag.
Malva sylv. pumila. Fuch Dod. ut: Tur. Thal.
Malva sylv. repens pumila, Lob. Lugd. Ger.
Malva sylv Ang. Ad. sylv. supina, Cord. hist.
Malva agrestis minor, Ges. hort.
Malva minor, Lon. sylv. minor, Tab. vulgaris minor, Cam.
Malva flore candido, Cæs.
Variat foliis rotundioribus & latioribus.
II. Malva sylvestris folio sinuato.
Malva erratica 2. vel Malva equina, Brunf.
Malvæ vulgaris altera species, Trag.
Malva sylv. elatior, Fuch Dod. gal.
Malva sylv. Tur. Ger. sylv. recta, Cord. hist.
Malva sylv. vulgaris, Cord. in Dioscor. sylv. procerior, Dod. Ad.
Malva sylv. major, Ges. hort. Lugd. Tab. Thal.
Malva vulgaris procerior, Lob. major, Lon.
Malva vulgaris major, Cam.
Malva flore subrubente, Cæs.
Apud veteres in genere domesticarum fuit.
III. Malva Americana: quæ 3. in Prodromo.

IV. Mal-

IV. Malva hederaceo folio.
Malva quarta, Matth.
Malva hederacea ſive montana, Eid. ep. Caſt
Malva major tertia, Lugd.

V. Malva foliis criſpis.
Malvæ ſpecies, ſinuoſa, Cord. in Dioſc.
Malva ſativa lacinioſa, Eid. hiſt.
Althæa criſpa & major, Geſn. hort.
Malva criſpa, Geſn. hort. Dodon. Camer. Taber. Ger. Eyſt.
Malva criſpatis oris, Lob.
Flos eſt albicans, modò roſeus.

VI. Malva folio vario.
Malva trimeſtris vel pumila, Cluſ. hiſt.

VII. Malva roſea folio ſubrotundo.
Malva ſativa antiquorum: quæ cultu arboreſcit, Theoph. Malope, Plinij.
an Anadendromalache, Galeni.
Malva hortulana, Brunf.
Malva ſativa major, Eid. 4.
Malva hortenſis, Trag. Fuch. Tur. Dodon. Lon. Gerard.
Malva ſativa, Dod. gal. Ang.
Malva major Matth. arborea, Eid. 4. ſive hortenſis, Tab.
Malva Romana, Geſn. hort.
Haſtula regia, Eid.
Malva major unicaulis, Matth. Caſt.
Malva roſea fruticoſa, Adv. Lob. roſea ſimplici flore, Lugd.
Malvæ alterum genus, Cæſ.
Flores candidi, rubentes, modò ſaturatiùs, modò dilutiùs, aliàs purpuræ modo relucentes: & ex rubro nigricantes: quare
Malva hortenſis flore ſimplici albo: flore ſimplici incarnato: flore ſimplici rubro, pingitur ab Eyſt.

VIII. Malva roſea folio ſubrotundo, flore pleno.
Malva Romana multiplex, Trag. Geſn. hort.
Malva roſea multiplex, Lob. Lugd. Tab.
Malva hortenſis multiplici flore, Dod.
Malva major unicaulis multiplex, Caſt.
Flos colore variat, albo, incarnato, rubro, puniceo, nigricante, hinc tres figuræ apud Tab. & Gerardum, & in horto Eyſt. quatuor.
Malva arborea multiflora, Tab.
Malva hortenſis multiplici flore, Gerard.
Malva arborea flore nigro multiplici, Tab. & Gerard.
Malva roſea multiplex, Tab.
Malva purpurea multiplex, Ger.
Malva roſea multiplex flore albo: flore incarnato: flore pleno atrorubente: flore pleno rubro, Eyſt.

IX. Malva roſea folio ficus.
Malva roſea ſimplex peregrina, Tab. Ger.

X. Malva folio ficus altera: quæ prima in Prodromo.

XI. Malva arborea Veneta dicta parvo flore.
Malva major altera, Matth. Lugd.
Malva arborea, Matth. epit. icon. Caſt. & major unicaulis, Matth. epit. deſc.
Malva arboreſcens, Geſn. hort. Dodon. Camer. Cæſ. Eyſt.
an Malva arborea ſylv. Adv.
Flos eſt cæruleus, nec multo major quàm Malvæ equinæ flos ſit: Malva arbor Plinio.

XII. Malva Syriaca.
Cobes Malvæ ſpecies, Cam.

ALTHÆA.

Ἀλθία, alij ἰβίσκος, quæ in ſylveſtrium malvarum genere eſt: Dioſcoridi lib. 3. cap. 163. ſic dicta ab ἄλθω quod remedium, vel ἀλθαίνειν medendo, quod hujus multiplex uſus ſit: hinc Dioſcoridi quod inter primas utilis ſit, & πολύχρηστος, pluribus remedijs polleat: & Plinio lib. 20. cap. 21. ab effectus excellentia nominata, quæ à quibuſdam Ariſtalthæa dicatur.

Genera: unius ſolum neminere, ut & Theophraſtus 9. hiſt. 15. ubi Gaza Hibiſcum reddidit: at 9. hiſt. 19. florem melinum tribuit.

I. Althæa Dioſcoridis & Plinij.
Althæa, Brunf. Trag. Matth. Fuch. Dodon. ut: Turn. Lac. Cord. in Dioſc. & hiſt. (& Malva paluſtris) Geſn. hort. Lon. Adv. Lob. (& Ibiſcus) Lugd. Caſt. Tab. (& Biſmalva) Ger.
Althæa ſive Malva viſcus, Ang.
Malvæ agreſtis genus, Geſn. hort.
Malva ſylv. prima, Cæſ.
Althea vulgaris, Camerar. Thal. Cluſ. hiſtor. Eyſtett.

Flores candidi, aut ex albido dilutè purpurascentes.

II. Althæa flore majore.

Althæa pannonica secunda, Clus. pan. & tertia, in hist.

Althæa Thuringiaca Cam. Eyst.

III. Althæa laciniato folio.

Althæa tertia, Clus. pan. Pannonica quarta, Eidem hist.

IV. Althæa frutescens folio rotundiore incano.

Althæa frutex, Clus. hisp. Lob. Gerard. prima, Clus. hist.

Althæa arborescens Clusij, Tab.

Althæa lignosa Dalechampij, Lugd.

Malva altera ad Malopen accedens, Cæs.

Althæa fruticans Hispanica, Eyst.

Gallica majore est quàm Hispanica flore.

V. Althæa frutescens folio acuto parvo flore.

Althæa arborea Olbiæ in Galloprovincia, Ad. Lob. ico.

Althæa arborescens, Cam. Tab. Ger.

Hæc cum quarta eadem non est, licet Lobelius velit, sed distinguenda, ut rectè Clusius fecit.

VI. Althæa frutescens Bryoniæ folio: in Prodromo describitur.

VII. Althæa palustris: & Lugd. Tab. Ger.

Althæa palustris cytini flore, Ad. Lob.

Althæa hortensis sive peregrina, Dod.

Sida vulgo, Camer. *sida* Theophrasti 4. hist. 11. censetur.

Flore est albo & subrubeo.

VIII. Althæa Theophrasti flore luteo.

Althæa altera, sive Abutilon Avicennæ, Matth.

Ibiscus Theophrasti, Dod. gal.

Althæa Theophrasti, Gesn. hort. Cæs. Lugd. & Althæa altera, Eid.

Althæa peregrina, Gesn. hort.

Althæa luteis floribus, Ad. Lob. Ger.

Abutilon, Ang. Dod. Castor. Camer. Avicennæ, Eystett.

Malva Theophrasti, Tab.

IX. Althæa Theophrasti similis.

Abutilon Indicum, Cam.

Flos magnitudine rosæ sylv. albicans, interius luteus.

ALCEA.

Ἀλκέα Dioscoridi libr. 3. cap. 164. fortè sic dicta ab ἀλκὴ, auxilio vel remedio, cùm ejus radices Dysentericis & ruptis auxilio sint. Plinio libr. 27. cap. 4. Alcea. Generi sylvestrium Malvarum Dioscorides, qui unius meminit, adscripsit.

I. Alcea vulgaris major.

Alcea & herba Simeonis, Brunf.

Alcea, malvæ roseæ sylv. genus, Trag.

Alcea, Matth. Fuch. Dod. gal. Cord. in Dioscor. Gesn. hort. Lac. Lon. Lugd. qui duas figuras habet, Cæs. Tab.

Cannabis sylv. & Herba Ungarica, Ang.

Alcea vulgaris, Dod. Adv. Lob. Lugdun. Cam. Clus. hist. Eyst.

Malvæ agrestis genus, Gesn. hort.

Malva verbenaca, Ger.

Alcea est Dioscoridis & Plinij: quibusdam Cannabis sylv. Dioscoridis lib. 3. cap. 166. alijs Malva Theophrasti.

Foliis variat, acutioribus, rotundioribus, hirsutioribus, lævioribus: flore est ex rubro roseo, vel candidiore.

II. Alcea vulgaris minor.

Dens leonis & Malva querna, Lon.

Alcea minor Dalechampij.

Foliis est in longas lacinias divisis.

III. Alcea folio rotundo laciniato.

Alcea peregrina, Clus. hist.

Malva montana, sive Alcea rotundifolia laciniata, Col.

an Alcea tenuifolia Cordi, Thal.

IV. Alcea Pannonica & Alcea tenuifolia, Cam. quid?

V. Alcea cannabina.

Alcea, Ang.

Alcea fruticosior, Adv. Lob. pentaphylla folio cannabis sylv. Dioscoridis, Eid. ico.

Alcea fruticosa cannabino folio, Clus. hist.

Alcea altera, Cæs.

Alcea cannabina, Cam.

Alcea fruticans, Eyst.

Hæc *κάνναβις ἄγρια*, Cannabis sylv. Dioscoridis lib. 3. cap. 166. videtur.

VI. Alcea arborescens Syriaca.

Alcea arborescens, Rauvv. Cam.

Althæa frutex 2. Clus. hist.

Ketmia Syrorum quibusdam.

Alcea

Alcea Syriaca, Eyſt.
Hujus flores è rubro purpuraſcunt, at vetuſtate ad cæruleum colorem vergunt: habetur etiam flore candido, quæ
Alcea Syriaca flore candido, Eyſt.
Hujus & altera ſpecies minore flore, quæ
Althæa frutex tertia, Cluſ. hiſt.

VII. Alcea veſicaria.
Alcea Veneta, Trag. Dod. gal. Lugd. Eyſt.
Alcea Bononienſis, Geſn. hort.
Hypecoum, Matth. (malè ſic dicitur Guil. monente) Lac. Lugd Cæſ. Caſt.
Hypecoum alterum ſpurium, Geſn. hort.
Alcea peregrina, Geſn. hort. Tab. Ger. foliſequa, Adv. Lob.
Alcea veſicaria, Dod.
Malva Veneta, Geſn. hort. Lon.
Herba Ungarica, Lon.

VIII. Alcea hirſuta.
Alcea villoſa Dalechamp. Lugd.
an Alcea minor in ſylvis foliis Geranij, Cæſ.

IX. Alcea Indica magno flore.
Sabdariffa, Lob. Dod. Lugd. Camer. Tab. Ger. Eyſtett.
Alcea Americana, Cluſ. hiſt.
Foliis ludit, prima aliquando integra, communiter in tres lacinias diviſa: aliquando inſtar foliorum Elleboraſtri in ſeptenas profundas lacinias ſecta obſervavimus.

X. Alcea Indica parvo flore.
Exotica malvacea, Bamia Eben quibuſdam, Adverſ.
Trionum Theophraſti, Rauvv. Lugd. ap.
Sabdariffa alia, Lugd.
Bamia, Alp. Cam. Belli ep. 5. ad Cluſ.
Bamia Alexandrina, Cæſ. Caſt. ap.
Alcea Ægyptia, Cluſ. hiſt.

XI. Alceæ Ægyptiacæ affinis.
Fructus 18. è navigat. Batau. Cluſ. ex l. 2. c. 15.

XII. Alcea Indica parvo flore altera.
Bamia Ægyptiaca ſiliqua decagona, cum in alijs pentagona duntaxat, Cluſ. hiſt. ap. alt. ad lib. 4.

XIII. Alcea Ægyptiaca villoſa.
Abelmoſch Ægyptiorum, ſive Abutilon Avicennæ, Ponæ ital.
Belmuſcus Ægyptiorum nomine ex Creta ab Honorio Belli accepimus.

CORCHORUS.

Corchori duplicis Plinius meminit: alterius lib. 25. cap. 13. Anagallidem intelligens: alterius lib. 21. cap. 15. inter herbas ſponte naſcentes & in cibis uſitatas: & libr. 21. cap. 32. Alexandrinorum cibus, convolutis foliis ad ſimilitudinem mori, &c. Et Alpino, facultate ſimilis eſt Althea & Ægyptijs in cibo nil familiarius, aut gratius. Et Judæi cocta folia cum carne edunt, quæ ſapore acetoſæ præditæ ſunt, annotante Rauvvolfio in ſuo Hodeporico.

Corcoros Plinij, Lob. Lugd.
Olus Judaicum Avicennæ, quibuſdam & Moluchi Arabum, Rauvvolff.
Corcorus ſive Melochia, Cam.
Melochia, Alpini.

GERANIUM.

Γεράνιον Dioſcoridi lib. 3. cap. 131. à gruini capitis imagine, in ſumma ejus cacumine viſenda, nomen habet: at recentiores, à ciconiæ roſtri effigie, Roſtrum ciconiæ nominant. Geranium, & aliquibus Myrrhis, alijs Merthryda (rectius Myrrhida) Plinio lib. 26. cap. 11.

Genera duo Dioſcoridi: alterum foliis Anemones, alterum foliis Malvæ. Plinio tria ſunt: primum ſimilis cicutæ, foliis minoribus, ſaporis & odoris jucundi: ſubjungit ex Græcorum ſententia, alterum foliis Malvæ, & tertium Anemones.

Geranium Anemones folio rotundo.

I. Geranium batrachiodes folio Aconiti.
Geranij ſpecies tertia, Geſn. hort.
Geranij majoris ſpecies prima, Eid. ap.
Geranium 2. vel batrachoides alterum, Cluſ. pan. & hiſt.
Geranium ſive batrachium cæruleum, Tab.
Geranium batrachioides, Ger.
Variat flore cæruleo, albo, albo lineis cæruleis variegato: eſt & flore cæruleo duplici, ſed duplo majore, & dicitur
Geranium batrachioides cæruleum, &
Geranium batrachioides flore albo, Eyſt.

II. Geranium batrachiodes hirſutum, flore atrorubente.
an Geranij majoris ſpecies 2. Geſn. ap.
Geranium primum pullo flore, Cluſ. pan. & hiſtor.

III. Geranium batrachiodes odoratum.
Geranium montanum, Geſn. col.
Geranium batrachioides alterum, Dod.
Geranium batrachioides longius radicatum, Lob. Lugd.
Geranium macrorhizon, Cam. Eyſt.
Pes columbinus in ſylvis naſcens alter, Cæſ.

IV. Geranium ſanguineum maximo flore.
Sanguinaria radix, & Geranium 3. Trag.
Geranium alterum majus, Geſn. hort.
Geranium hæmatodes, Dod. gal. Lugd. Cluſ. pan. Thal. Cam.
Geranium ſextum, Fuch. Tur. Lac. Lon.
Geranium gruinum ſanguinale hæmatodes ſupinum radice reptrice, Lob. ico.
Geranium 7. hæmatodes, Cluſ. hiſt.
Geranium ſanguinarium, Eyſt.

V. Geranium batrachiodes, Gratia Dei Germanorum, Lob.
Geranium quartum (ſanguinariæ radicis ſpecies) Matth. Lugd. Caſt.
Geranium 5. Fuch. Lac. Lon. ſextum, Tur.
Geranium batrachiodes, Dodon. Camer. Thal. Lugdun.
Geranium batrachiodes ſive magnum cæruleum, Adv.
Geranium batrachiodes primum, Cluſ. pan.
Geranium ſanguinarium, Tab. majus, Eyſt.
Geranium tertium batrachiodes majus, Cluſ. hiſtor.

Duplex eſt: grandius floribus cæruleis aut albis, & quidem eodem loco: minus, rubris.

VI. Geranium batrachiodes flore variegato.
Geranium Anglicum variegatum, Eyſt.

XII. Geranium batrachiodes, Collum gruis Germanorum.
Geranium quartum, Fuch.
Gruinalis, Dod. Lugd.

VIII. Geranium montanum fuſcum.
Geranium montanum, Dod.
Geranium fuſcum, Lob. Lugd. Eyſt.
Geranium maculatum, Tab. ſive fuſcum, Ger.

IX. Geranium tuberoſum majus.
Geranium primum, Matth. Ang. Lugd. Caſt.
Geranium bulboſum Matthioli, Tab.
Geranium ſubrotunda radice Dioſcoridis, Geſ. hort.
Geranium tuberoſum, Dod. Lugd. vel 10. Tab.
Geranium tuberoſum majus, Cam.
Geranium bulboſum, Dioſcoridis primum, Adv. Lob.

X. Geranium tuberoſum minus.
Geranium tuberoſum minimum, Cam.

XI. Geranium radice grumoſa.
Geranium tertium, vel bulboſum Pennæi, Cluſ pan.
Geranium 4. vel bulboſum, Eid. hiſt.

XII. Geranium nodoſum.
Geranium quintum nodoſum Plateau, Cl. hiſt.
Geranium ſextum tuberoſum Plateau, Idem.
an Geranium ſive batrachium cæruleum, Tab.
an Geranium batrachioides, Ger.

XIII. Geranium parvum folijs ranunculi.
Geranium 8. vel Salmaticenſe roſtratum, Cluſ. hiſtor.

XIV. Geranium argenteum alpinum.
Geranium alpinum longius radicatum, Ponæ.

XV. Geranium lucidum ſaxatile.
Geranium ſaxatile ὑγροσώπελον, Thal.
Geranium ſaxatile, Cam. Eyſt.
Geranium alterum montanum ſaxatile rotundifolium, Colum.

Geranium Malvæ folio.

I. Geranium folio Malvæ rotundo.
Geranium alterum, Hermolai, Brunf. Trag. Matth. Fuch. Dodon. gal. Tur. Lac. Lon. Caſt. Thal.
Geranij vulgaris ſpecies, Geſn. hort.
Pes columbinus, Dodon. Adv. (ſeu Geranium alterum Dioſcoridis) Lob. Cæſ.
Geranium aliud, Lugd.
Geranium columbinum, Tab. Ger.
Geranium malvaceum ſive Balſaminum, Cam.

Duplex eſt majus & minus: majori caules majores & folia paulo molliora: minori omnia minora & folia aſperiora. Sic folia modo in profundiores, modo breviores & latas lacinias diviſa ſunt: floris magnitudine etiam differunt: flore triplo majore & cærulei elegantioris coloris ex horto Dei habemus.

II. Geranium columbinum tenuis laciniatum: quod 2. in Prodromo.

III. Geranium folio Althææ.
Geranium ſextum, Matth. Lugd. Caſt.
Geranium à calceolario miſſum, Dod.

Gera-

Geranium malacoides, Ad. Lob. Ger.
Geranium altheodes, Cam.
Geranium Monſpeliacum, Tab.
Pes columbinus tertius, Cæſ.

Sub Geranio 2. etiam hoc intelligit Dioſcorides, dum gruum roſtra tribuit. Geranium foliis candidioribus malvæ, Plinio.

IV. Geranium malacoides minus: quod 1. in Prodromo.

Geranium folio Cicutæ vel Myrrhidis.

I. Geranium Cicutæ folio acu longiſsima: quod 3. in Prodromo.

II. Geranium Cicutæ folio moſchatum: & inodorum.
Acus moſchata, Eric. Cord. Cæſ. Col.
Herba moſchata, Ang.
Geranium, Trag.
Geranium 1. Matth. edit. 1. Fuch. Dod. gal. Tur. Lac. Lon. Caſt.
Geranium tertium, Matth. edit. poſt. Lugd.
Geranium ſupinum, Dod. majus, Cord. hiſt.
Geranium πεκτινόφυλλον, Thal.
Myrrhida Plinij, roſtrum Ciconiæ, Ad. Lob.
Geranium moſcatum, Cam. Ger. Eyſt.
Ceranium myrrhinum, Tab.

Hoc vel odoratum moſchum redolens, vel inodorum eſt.

III. Geranium Coriandri folio odorum.
Geranium Apulum Coriandri folio alterum odorum, Colum.

IV. Geranium cicutæ folio minus, & ſupinum.
Herba Roperti & Geranium quartum, Brunf.
Geranium minus & primum, Trag.
Myrrhida Plinij & Roſtrum ciconiæ inodorum vulgatum, Lob. ico.
Geranium 7. ſive Geranium gruinum, Dod.
Geranium minus vel arvenſe, Tab.
Geranium moſchatum inodorum, Ger. Eyſt.

Flos communiter breſilici coloris: aliquando albus eſt: hinc duæ figuræ,

1. Geranium minus, Tab.
Geranium moſchatum inodorum, Ger.

2. Geranium arvenſe album, Tab.
Geranium inodorum album, Ger.

V. Geranium Robertianum primum.
Geranium tertium, Brunf. Matt. Fuch. Tur. Lac. Lon. Thal.
Gratia Dei, vel Geranium quibuſdam, Trag.
Sideritis tertia, Dod. gal. Ang. Geſn. col. Lac. Lonic.
Panax Herculeum, Ang.
Geranium Robertianum, Ad. (Sideritis Achilleadon, aut congener) Lob. Dod. Cam. Tab.
Rupertiana vulgo, Cæſ.
Herba Ruperti & Geranium ſecundum Dioſcoridis, Lugd.

Duplex eſt: alia omnino viridis, quam fœminam faciunt: alia rubens, quæ præfertur: triplex differentia in Adverſ.

VI. Geranium Robertianum alterum.
Geranium quartum, Fuch. Tur. Lac. Lon. quintum, Matth.
Geranium gruinale, Dod. gal. Lugd.
Geranei Robertiani altera ſpecies, Ad.
Geranium violaceum (vel 12.) Tab. Ger.

VII. Geranium latifolium longiſsima acu.
Geranium Creticum annuum hæmatodes, Lobelio.
Geranium Creticum, Camer. Tabern. Gerard. Clus. hiſt.

SANICULA.

Sanicula à ſanandis vulneribus nomen traxiſſe videtur: Doctiſſimus Columna ſub Sideritide tertia Dioſcoridis pingit & deſcribit.

Sanicula officinarum.
Diapenſia Brunf. Matth. Caſt. cui & Pentaphylli quinta ſpecies.
Sanicula, Brunf. Trag. Dodon. ut: Anguil. Geſn. hort. Lac. Lon. Cæſ. Camer. Thal. Tabern. (cui & Conſolida quinquefolia) Eyſtett.
Sanicula mas, Fuch. Lugd.
Sanicula & Diapenſia, Ad. Lob. Ger.
Sideritis tertia Dioſcoridis, Col.

PES LEONIS.

Pes Leonis à forma foliorum: vulgo Alchimilla, quod Alchimiſtarum præconijs celebrata ſit.

I. Alchimilla vulgaris.
Pes leonis, Brunſuic. Brunf. Fuch. Lon.
Leontopodium, Brunf.
Alchimilla, Trag. Dodon. ut: Lac. Anguil. Adv. Lob. Cæſ. Thal. Tabern. Gerar. Eyſtett. vulgaris, Cluſ. hiſt. Cam.

Stella-

Stellaria, Matth. Cast. Lugd.
Drosera & Drosium, sive Υιάδειον, à rore folijs insidente, Cord. in hist.
Stella herba Italis, Gesn. hort.

Flosculi communiter colore pallidi ac herbacei: rarius albi.

II. Alchimilla alpina quinquefolia, in Prodromo descripta.

CANNABIS.

Κάνναβις Dioscoridi libr. 3. cap. 165. & Plinio libr. 20. cap. 23. Cannabis quæ in sylvis primum nata est. Est autem sativa & sylvestris: Sativa, mas & fœmina. Sic quæ floret fructum non fert, quæ fructum fert, non floret.

I. Cannabis sativa.
Cannabis, Brunf. Matth. Ang. Lac. Tur. Lon. Ad. Lob. Cæs. Cast. Tab. Ger.
Cannabis major, Trag.
Cannabis sativa, Fuch. Cord. in Diosc. fœcunda, Dodon.
Cannabis mas, Dod. gal.

II. Cannabis Virginiana.
Cannabis in Virginea spontè prodit à nostra caule & folijs diversa, materia tamen perinde bona: in des. Virgin.

III. Cannabis erratica.
Cannabis fœmina, Trag. Dod. gal. Lugd.
Cannabis erratica paludosa sylvestris, Ad. Lob.
Cannabis sterilis, Dod. Cam. sylv. Cast.

IV. Cannabi similis exotica.
Bangue, Garziæ, Acostæ, Monard. Frag. Cast. Lugdun.
Bangue cum Maslac Turcorum affinitatem habet, Clus. in Acost.
Bangue arbor cannabi similis ad omnia ferè utilis ceu Amfion (sive Opium) Linscot. part. 4. Ind. Or. c. 35.
Bangue crebri apud Ægyptios & Turcas usus, quod triplici modo parant, & primum Assis: alterum, Bosa: tertium, Bernavi, quod verum & genuinum Bangue est, Palud. notis in Linsc.

Cum folia cum cannabi similitudinem habeant, & cortex in fila diduci possit, huc retulimus.

Herbæ exoticæ quæ in fila instar Cannabis diducuntur.

I. Herba de Bengala.
In Bengala ex herba quam ad colum instar lini nent, telam texunt, quæ subtilitate sericum antecellit: ex folijs linteamina elaborant acu pingentes nunc flosculos, nunc historias vario colore, quæ lectulis insternuntur: Linsc. par. 2. Ind. Oriental. 18. & in Madegascar & in Baya: part. 3. c. 11.

II. Tokaun folia oblonga & acuta ex quibus fila detrahunt, & reticula piscatoria inde contexunt: Stad. in Brasil. l. 2. c. 8.

III. Herba in cujus folijs sericum instar tenuis pellicula nascitur, cujus folia duos pedes longa, unum lata, & ad binos pedes cum semisse in Virginia & Persia adolescit: des. Virgin.

IV. Radix filamentosa sericea.
Tit planta in sylvis nascens sine fructu: radice geminorum compressorum pugnorum magnitudine, coma flavescente mollissimum sericum referente, quo pro plumis utuntur ad lectisternia: Linscot. par. 3. Ind. Or. 6.

EUPATORIUM.

Εὐπατώριον Dioscoridi lib. 4. cap. 41. ἡ πατόριον Oribasio in collect. & ἡ πατίτης, id est, Hepatica, quod hepati medeatur. Plinio lib. 25. c. 6. Eupatoria regiam auctoritatem habet. Sunt qui velint nomen ab inventore Mithridate cognomento Eupatore habere.

I. Eupatorium cannabinum.
Salvia, Brunf. ico.
Herba S. Kunigundis, Trag. prima, Tab.
Eupatorium vulgare, Matth. Tur. Dodon. Lugdun. Cast.
Eupatorium adulterinum, Fuch.
Pseudohepatorium mas, Dod. gal. Thal.
Eupatorium Avicennæ creditum, Ang. Ges. hor. Lac. Lon. Cam.
Eupatorium aquaticum, Gesn. col.
Trifolium cervinum aquaticum, Ges. hor.
Cannabina aquatica mas, Ad. Lob. (sive Eupatorium mas) Colum.
Eupatorium, Cæs.

II. Can-

CICER.

Cicer, ut qui ἐρέβινθος Græcis, genera duo Dioscoridi lib.2.cap.126. sativum & sylvestre: sativi genus alterum κριὸς (arietinum reddunt, quia κριὸς arietem significat) appellatur Theophrasto 8. hist.5. Cicer & magnitudine & sapore, & colore, & forma plerasque differentias ostendit, οἷον κριοὶ ὀροβιαῖοι, καὶ οἱ ἀνὰ μέσον: ἐν πᾶσι δὲ τὰ λευκὰ γλυκύτερα: h.e. veluti Arietinum, Orobæum sive ervinum, & inter hæc medium: inter hæc omnia sunt alba dulcissima. Galeno 6. simpl. duplex, Arietinum & Orobæum. Plinio lib.18.cap.1... est arietinum, quod album est & nigrum (in arietino candidum esse, Dalechampius in Plinium negat:) est columbinum, quod & venereum dicitur, & est candidum: est & dulcissimum quod Ervo simillimum est. At Matthiolo, est Columbinum, quod candidum: est Venereum, quod rubrum: est Arietinum, quod nigrum & cæteris majus est. Anguillaræ tres sunt species, albi, rufi, arietini: albi duplices sunt arietini & ervini: arietini capiti arietino similes, ervini leves ervi semini similes: ex Galeno 9. de compos. medic. secundum loca. Rubei similiter duplices, arietini & ervini. Nigri simplices sunt solo colore ab alijs differentes.

I. Cicer sativum.
Cicer, Brunf. Matth. (cui & domesticum) Tur. Cord. in Diosc. Lac. Cæs. Cast. Tab.
Ciceris altera species, Trago.
Cicer nigrum, Fuch. seu arietinum, Cord. hist.
Cicer arietinum, Dod. ut:
Cicer rubrum & album, Lon.
Cicer sativum, Lugd. Ger. sive arietinum, Gesn. hort. Adv. Lob.

Flores candidi, aut ex purpura rubescentes: semina alba, vel ex candido pallescentia: purpurea vel rubra, ruffave: nigra vel ex saturo rubente purpura nigra.

II. Cicer exoticum.
Cicer Nigritarum, Clus. exot. l.3.c.16.

Semen vel album, vel nigrum, vel rubens, vel ex albo & rubro variè distinctum.

Cicer sylvestre.

I. Cicer sylvestre, folijs oblongis hispidis majus.
Cicer sylvestre, Matth. Ang. Dod. gal. Lugdun. Cast. Cam. Ger.
Cicer sylv. herbariorum, Adv. Lob.
Cicer sylv. primum, Dod. Lugd. Tab.
Cicer sylv. majus, Thal. qui & medium habet.

Semen parvum flavescens: at in hist. Lugd. parvum nigrum compressum.

II. Cicer folijs oblongis hispidis minus.
Cicer sylv. minus, Thal.

III. Ciceri sylv. minoris affinis si non idem.
Glaux, Clus. hisp. Lob. Lugd. Tab. Dioscoridis, Gerard.
Glaux Hispanica, Clus. hist.
Anthyllis altera lutei similis, Dod.

Illius flores lutei, hujus purpurascentes vel cærulei.

IV. Cicer montanum lanuginosum erectum.

V. Cicer montanum ἀκαυλον; utrumque in Prodromo describitur.

VI. Cicer sylv. latifolium triphyllon.
Cicer sylvestre, Gesn. hort. Penæ, Lugd. latifolium, Ger.
Cicer sylv. alterum, Dod. Tab. Lugd.
Cicer sylv. verius, Adv. Lob.

Et Ciceris sylvestris tertij ramosi meminit Dodonæus, quod cum priore si non idem, certè ab eo parùm differt.

LUPINUS.

II. Granis paradyſi ſive Mellegetæ affinis fructus.
Fructus 14. ſive Melegueta ſpuria, Cluſ. exot. lib. 2. cap. 15.
III. Cardamomum majus officinarum.
Saccolaa Arabum, aut Sacoule Avicennæ, Elachi Mauritanis.
Cardamomum medium, Matth. Lonic. Caſtor. Lugdun.
Cardamomum majus, Cord. in Dioſcor. (cui

Heyl Arabum) & hiſt. Cluſ. ad Dod. Linſcot. 4. part. Ind. orient. c. 23.
Cardamomum majus vulgare, Adv. Lob. Cluſ. in Garz. Tab.
Cardamomum, Garz. Frag. ſecundum, Cam. ep.

Avicennæ duum generum, alterum Saccolaa quebir, id eſt, magnum: alterum Saccolaa ceguer, id eſt minus.

IV. Cardamomum medium: Adv. & Lob. Tabernæm.
Cardamomum mediocre, Cord. hiſt.

V. Cardamomum ſimpliciter in officinis dictum.
Cardamomum minus, Matth. Lac. Lonic. Adv. Lugd. Tab. Linſcot. l. c.
Cardamomum verum, Ang.
Cardamomum minus, Cord. in Dioſc. & hiſt. cui & Helbane Arabum.
Cardamomum minus vulgare, Lob. Cl. in Garz.
Cardamomum primum, Cæſ. tertium, Cam. ep.

VI. Cardamomum minimum: & Lob. Tab.
Cardamomum quartum, Cam. ep.

SECTIO QUARTA.

RHUS; COCCONILEA SIVE COGGYGRIA; SORBUS; AZEDARAETH; FRAXINUS; NUX JUGLANS; NUX AVELLana, ſive Corylus; Caſtanea; Fagus; Quercus; Robur; Quercus excrementa; Viſcum; Phellodrys; Suber; Smilax Arcadum & Ilex.

RHUS.

Ῥοῦς & Hippocrati ῥόος, à coccineo acinorum colore dicitur: ῥοῦς enim ἐρυθρὸν interpretantur, unde ruſſus vox Latina: Rhus, inquit Dioſc. lib. 1. cap. 147. quam aliqui Erythron, id eſt rubrum vocant, fructus eſt (ῥοὸς βυρσοδεψικὸς) rhois coriariæ, ſic vocatæ, quòd coriarij eâ utantur ad coria ſpiſſanda: eſt verò arbuſcula binûm cubitorum, in qua folia oblonga ſubrubentia, per ambitum Ilicis modo ſerrata: fructus autem racemulis ſimilis, denſus, terebinthini magnitudine, quadantenus latus, cujus corticoſa tunica ambiens perutilis eſt. At Plinio lib. 24. cap. 11. Rhus quæ Erythros appellatur, frutex eſt, & hujus ſemen aſpergitur pro ſale obſonijs. Verùm Plinius malè à Rhoë coriariorum diſtinguit: de Theophraſti Rhoë vide in Viburno.

I. Rhus folio Ulmi.
Rhus, Matth. Ang. Cord. in Dioſc. Lac. Lugd. Tabernæm.
Rhus coriaria, Dod. ut: Ger. & deſc. Virgin.
Rhus, Rhus veterum, coriaria, obſoniorum & Sumac, Bellon.
Rhus obſoniorum, Ad. Lob. Cęſ. Cam. Cluſ. hiſt.
Sumach Arabum, Lon. Caſt. Rauvolff.
Rhus obſoniorum, ſive rubrum, ſive culinarium, ſive coriariorum, idem ſunt: cujus ſeminis tunica externa, quæ ſapore acido eſt, vice ſalis condimentis aſpergebatur.

II. Rhus anguſtifolium, ſub Sumach anguſtifolio in Prodromo deſcribitur.

III. Rhus myrtifolia Monſpeliaca.
Rhus Plinij exiſtimatus Monſpelij, Geſn. hort.
Rhus Plinij myrtifolia Monſpelienſium, Adv. Lob. ico.
Rhus ſylveſtris Plinij, Lob. Dod. Lugd.
Rhus myrtifolius, Tab. Cam. Cæſalp.
Rhus Plinij nonnullorum, alij Driophanon ejuſdem lib. 27. cap. 9. arbitrantur.

IV. Rhus myrtifolia Belgica.
an Myrtus nemoralis & Dryophanon Plinij, Ruell.
Elæagnus lacus Orcomenij Theopraſt. Bellon. cult.
Rhus ſylv. Plinij, Dod. gal.
Chamælæagnus Dod. ſed melior figura in editione Belgica.
Gagel Germanorum & Myrtus Brabantica quibuſdam, Adv. Lob. vel Belgarum, Eid. Adv. parte altera.
Elæagnus Cordij, Lob. ico.
Rhus ſylv. altera, Lugd.
Rhus herba Plinij, Cluſ. hiſt.

Plinius l. 24. c. 11. nec Rhus inquit, Latinum nomen habet, cum in pluribus modis veniat:

nam

IV. Malus medica ab Imperatore Carolo V. ex Ungaria in Hiſpaniam delata, quæ omnium mali Medici generum acidorum ſuaviſsimum, ut Cluſius in ſua hiſt. refert.

V. Malo Medicæ affinis Javanenſis folio rotundiore.
Samaca fructus citri magnitudine, acidus, ſucculentus, granis nigricantibus, Linſcot. part. 4. Ind. or. & fig. 14.

Malus Limonia.

I. Malus Limonia acida.
Malus limonia, Matth. Dod. Lon. Lugd. Caſt. Tab. & Ind. occid. par. 3. & orient par. 3.
Limones, Dod. gal. Cord. in Dioſc. Bellon. Rauvvolff. Tur. Adv. Lob. Cæſ. Cluſ. hiſt. & Ind. occ. par. 9. l. 4. c. 1.
Limon arbor ex citrij genere, Cord. hiſt.

Tum facie, tum facultate Citria referunt: cujus plures differentiæ, quædam oblongiores, aſperiores, cortice craſsiore, Cucumeris aut Melonis effigie, & Limæ Adverſar. dicuntur: alij cortice læviore tenuiore, ſucco acidiore. Cordo quadruplex genus, 1. anſerini ovi forma & magnitudine: 2. minus, globoſum, utroque capite veluti umbilico inſigne: 3. ovi gallinarum figura & quantitate: 4. tertio æquale, globoſum, ſuperficie æquale.

II. Malus Limonia major dulcis.
Limones dulces, Cæſ.
Limones dulces oblongis Limis ſimiles, Cluſ. hiſtor.

III. Malus Limonia minor dulcis.
Limones puſilli dulciſsimi in Zeilan, Scaliger, Lugd.
an Limonis genus in Hiſpania, vix nucis amplitudine, Cæſ.

IV. Malus Limonia folio ſerrato, fructu oblongo cortice tenuiſsimo.
Limas primum genus, Cluſ. hiſt.

V. Malus Limonia fructu rotundo orbiculato.
Limas alterum genus, Cluſ. hiſt.

VI. Limones prægnantes alium fructum minorem in ſe continentes, Cluſ. hiſt.

VII. Limones variarum figurarum toti ferè carnei, Cluſ. hiſt.

VIII. Limones citrij mali grandioris magnitudinem æquantes, Cluſ. hiſt.

IX. Limonum ſyl. in Syria provenientium, Scalig. & Lugd. meminêre.
Limones ſylveſtres non majores ovo columbino, circa Cairum, Bellon.

MALUS ARANTIA.

Arantia, fortè à corticis colore, qui colore auri relucet, ut Aurea mala verè nominari poſſint: ſive ab Arantia oppido dicta: veteribus ignota, inſitione ad nos devenerunt. Citrus enim arbor, in Aurantio inſerta, ad magnam proceritatem pervenit: Arantius verò in Citro, tam humilis, ut Aurantius unius cubiti magnitudinem non excedat.

I. Malus Arantia major.
Pomum Arantium, Trag. Eyſt. ſive Nerantium, Rauvvolff.
Aurantia mala, Matth. Lac. Cæſ. Lon. Caſtor. Lugd. Tab. Cam.
Aurea & Aurantia mala, Bellon. & Ind. or. par. 1.
Aureum malum, Geſn. Dod. gal. (cui & malum heſpericum) Cluſ. hiſt. & Ind. occid. p. 3. & p. 8.
Arangia, Cord. in Dioſc.
Arangiûs ſive Citrius arbor, Cord. hiſt.
Arantia, Tur. Lob.
Malus anarantia, Dod.
Aurantia: nonnullis in locis Indiæ integræ ſylvæ ſunt arborum aurantia ferentium: in part. 9. Ind. or. l. 4. c. 31.

Genera plura ſunt ab inſitione prodeuntia: hinc pleraque cortice amaro, craſſo, aureo: alia ſubvirente: alia cortice tenuiſſimo, ſubrubente, medulla dulci: aliqua & cortice dulci: aliqua in uno pomo duo genera botrorum habent: alia abſque ſemine ſunt. Sic & pulpæ ſapore differunt, cùm alijs acida, alijs dulcis, alijs vinoſa, ſive media ſit.
Sic in regno Congiano habentur, quæ nec dulcia, nec nimis acria: & in inſula Fayel, ſuaviſſima & ſapidiſſima: par. 3. Ind. orient. c. 7. & in China poma aurea, quæ dulcedine ſaccharum vincunt, par. 2. Ind. or. c. 25.

Ex floribus aqua elicitur, quam Lanfam vocant.

II. Malus Arantia humilis.
Aurea malus pumilio, Cluſ. hiſt.
Poma Aurantia Nana dicta, Eyſt.

III. Malus Arantia cortice dulci eduli.

Arantia.

Arantia in Indiæ insula Zeilan, cortice dulci & suavi, Scalig. & Lugd.
Aurea malus eduli cortice, Clus. hist.

IV. Malus Arantia unico grano.
Aurea malus μονοσπερμόφορος, Clus. hist.

Malo Arantio similes exoticæ.

I. Malo Arantio parvis fructibus similis.
Aracinappil Indorum.

II. Arbor peregrina Aurantio similis fructu, Clus. exot. l. 1. c. 13.

E Nigritarum regione delata, pulpa fungosa, nonnullis granis ut in ficulneis permixtis.

III. Coru foliis mali aureæ, flore luteo, Acostæ: at Garzias & Fragosus, & Castor. folia mali persicæ, flores candidos tribuunt, uterque radicis cortices ad ventris profluvia commendat: Lusitanis Herba Malauarna, Castori.

IV. Carcapuli, Acostæ, Lugd. append. Cast. fructu malo aureo æmulo.
Carcapuli, Linsc. 4. part. Ind. orient. cui fructus cerasi magnitudine: & fig. 17. iconem exhibet.

V. Guyabo pomifera Indica.
Guyabo arbor, at fructus Guyaba dicitur Oviedo.
Guajava, Scalig. Lugd. Clus. hist. app. 1.
Guayavas, Monardi, Lugd. app. Frag.
Guayavos, Gomaræ, & part. 4. Ind. occid. c. 28.

Alia sativa, alia sylvestris: sic alia pomis longiusculis aut rotundis, luteis aut viridibus: pulpa alijs rubra alijs candida.

Malus Adami.

Adami pomum vulgo dicitur, quia cortex rimis quibusdam exasperatur, ac si dentibus demorsus esset, quare pomum, quod Adamus in Paradiso degustavit, esse existimant.
Pomum Adami, Matth. Cord. in Dioscor. Bellon. (qui à Citrijs sive Poncires distinguit) Rauvv. Cast. Lugd.
Citrius altera, Cord. hist.
Malus Assyria, Dod. Tab.
Pomum Assyrium, Adv. Lob.
Poma Adami quæ Gallis Poncires, Clus. hist.

A Limonibus natura & viribus non multum differt, folijs Limonij, floribus Citrij fructu Arantij, sed duplo triplóve majore.

MALUS PUNICA.

Malus punica, Gracis ῥοιὰ, Dioscoridi l. 1. c. 151. & Theoph. ῥοὰ, quo nomine & fructus donatur. Hippocrates l. de nat. mulieb. σίδας appellat. Plinio l. 13. c. 19. Africa circa Carthaginem punicam malum cognomine sibi vendicat, aliqui Granatum appellant. Communiter malum granatum, ab interiorum granorum multitudine: alijs à Granata Hispaniæ regione, quod in ea copiose proveniat. Hanc Theoph. l. hist. 3. sic descripsit: radicem habet brevem & per summa terræ adhærentem: 1. hist. 5. caudices multos: 1. hist. 8. sed contortiores & breves: 1. hist. 14. verum in ramos spargitur & molem superiorem, grandioremq; gestat: 1. hist. 6. folia angusta sunt: 1. hist. 17. fructus ex humore & cute constat: 1. hist. 18. & acinos habet: 1. hist. 22. verum super fructum ipsum florem insidentem emittit: 1. hist. 23. & ex annotinis fructus gignit, &c.

Genera: Dioscorides dulcia, acida & vinosa recenset: & Theoph. l. hist. 19. succus acidus est: & 2. hist. 3. & 4. in Ægypto acidam in dulcem quodammodo, aut vinolentam converti: in Cilicia omnes sine nucleo surgunt, neglecta vero in sylvestrem tranfit: 1. caus. 15. nonnunquam etiam fructum secundum ostendit: 5. caus. 16. & punicea dulces magis putrescunt quam acida, &c. Plinius l. c. divisit in genera, Apyrinon vocando, cui lignosus nucleus adest: sed candidior ei natura & blandiores sunt acini, minusq; amaris distincti membranis: alia structura eorum, ut in favis. Communium & nucleos habentium quinque species, dulcia, acria, mista, acida, vinosa. Samia & Ægyptia distinguuntur erythrococcis & leucococcis: vide & l. 23. c. 6. Verum cum plures partes hujus in usum medicum veniant, nominibus distincta, de his paucis.

Flores sativæ punicæ, κύτινοι dicuntur Dioscl. l. 1. c. 152. & Gal. 6. simpl. at Gal. 6. κατὰ τόπους, Cytinus fructus rudimentum est, quod deciduo flore primum apparet & formatur: quæ Celsus, mali punici capitula vocat: & Plinio l. 23. c. 6. primus pomi hujus partus florere incipientis, Cytinus vocatur Gracis: & in hoc ipso Cytino flosculi sunt, antequam scilicet malum ipsum prodeat, erumpentes, quos Balaustia vocari diximus. Verum Βαλαύστιον, sylvestris punicæ flos est Dioscoridi l. 1. c. 154. cujus complura sint genera, candidum, rutilum & colore rosaceo: & a Cytino ac Balaustijs, velut ex Hypocistide succus ad eadem efficax elicitur. At officinæ citra distinctionem Balaustia nominant, quibus Cytinorum appellatio de sativis ignota est.

Mali punici putamen, quod tanquam corium sit, cortice durius, nucis involucro tenerius, Malicorium vocant, quod Gracis, μηλία σίδιον Dioscor. lib. 1. cap. 153. monente, nunc τὸ τῆς ῥοιᾶς λέπισμα ἀπὸ τοῦ λέπειν dicitur.

Marcellus medicus, caliculos punici vocat. Plinio l. c. vulgus ex punicis acerbis coria perficere novit, ob id Malicorium appellant Medici: Officinis, Pſidion.

I. Malus punica ſativa.
Malus punica, Trag. Matth. Dod. ut: Cord. hiſt. Geſ. hor. Tur. Lon. Lugd. Cam. fl. ſimplici, Eyſt.
Mala punica ſeu granata, Cord. in Dioſ. Bellon.
Malum punicum, Adv. Lac. Lob. Caſt.
Malus granata, Rauvvolff. Tab.
Punica quæ malum granatum fert, Cæſ.
Poma-five malus punica, Ind. occid. par. 8.

Differunt potiſsimũ in ſucco, alijs acidus, alijs dulcis, alijs mixtus, medio quaſi ſapore, quem vinoſum vocant: & quæ medij ſaporis, Arabes Muza, voce μέσον corrupta, appellant. Mala punica majora in regno Congiano habentur.

II. Malus punica ſylveſtris.
Punica ſylveſtris, Cord. hiſt. Rauvvolff.
Pomum granatum ſylv. cujus flores Balauſtia, Anguil.

Sativæ per omnia ſimilis, ſed ſpinis horridior in Syria circa Alepum, Africa & Hiſpaniæ regno Granatæ.

III. Balauſtia flore pleno majore.
Malus granata ſylv. flore pleno, Rauvvolff.
Balauſtium, Lob. belg. Tab. Eyſt.
Balauſtium orientale, Caſt.

Punica flore adeo multiplici folio, ut Roſæ videantur centifoliæ, colore ſaturato.

IV. Balauſtia flore pleno minore.
Balauſtium flore minore Romanum, Eyſt.

Folijs atrovirentibus, calice craſsiore, flore minore, triſtiore, ſaturata purpura punicante à priore differt.

V. Malus punica fructu maximo, granis aureis.
Malus aurea, Dod. qui Palam Arienam Plinij ſuſpicatur, quæ tamen potius Muſa eſt, quę nullo eſt intus nucleo vel ſemine. Illa verò grana Mali punici majora obtinet. Quid ſit ignoro.

P Y R U S.

Pyrus, Græcis ἄπιος, & de arbore & de fructu, ſed propriè de ſativa dicitur: nam ἀχράς pyrus agreſtis eſt (Pyraſtrum Gaza reddit) Dioſc. l. 1. c. 167. & 168. & Theoph. pluribus locis: quæ tamen differentia non ſemper obſervatur. Ἄπιος autem dicitur Euſtachio, quaſi non habens πίοτητα pinguedinem: alij ab Apia regione deducunt, quod ex ea primum hæc arbor allata fuerit. Sic Pyra multis à fructus figura, quod ad pyramidis ſimilitudinem à lato in acutum ſpectet, & in mucronem turbinetur: & quemadmodum Mala, brevi pediculo annectuntur: ſic Pyra longo pediculo pendent. Eſt autem Pyrus Theoph. 1. hiſt. 5. natura fructificoſa: 1. hiſt. 16. folijs orbiculatis: 1. hiſt. 21. floribus foliatis: 1. hiſt. 18. ſeminibus congeſtis, quæ aliquo putamine & tunica continentur: 1. cauſ. 23. quæ omnia ferè pulpis plenioribus includuntur, quo plus temporis perdurare valeant, &c.

Genera pyrorum multa ſunt, Dioſc. l. 1. c. 177. addit Theoph. 4 h. 6. majorem in modum, bonæq; frugis, præterquam ſi quæ ſerotinæ. Plinio l. & c. 15. ſunt Superba, parva ſed ocyſſima: cunctis autem Cruſtumina gratiſſima: proxima ijs Falerna à potu, quoniam tanta vis ſucci abundat: lactea, à candore vocantur: alia colore nigro donavit Syria: reliquarũ nomina aliter in alijs atq; alijs locis appellantur. Sed confeſtis urbis vocabulis auctores ſuos nobilitavêre Decimana: Dolabelliana longiſſimi pediculi: Pompejana cognomine mammoſa: Liceriana: Severiana & quæ ex his nata ſunt Tyranniana, longitudine pediculi diſtantia, Favoniana rubra, paulo ſuperbis majora: Lateriana, Anitiana poſt Autũnalia acidulo ſapore jucundæ. Tiberiana, quæ maximè Tiberio principi placuere. Patriæ nomina habent ſereniſſima omnium Amerina, Picentina, Numantina, Alexandrina, Numidiana, Græca & Achrade ſpinoſa arbore: & in ijs Tarentina, Siguina, quæ alij à colore Teſtacea appellant: ſicut Onychina à colore gemmæ onychis, purpura. Ab odore Myrapia, Laurea, Nardina: à tempore Hordearia, quæ cũ hordeo matureſcunt: à collo Ampullacea & Coriolana &c. Multo plura ſunt hodie, imo infinita in tota Europa Pyrorum genera, quæ magnitudine, figura, oblonga, rotunda, orbiculata: odore: ſapore, dulcia & ſucculenta, acida: ſic alia ſicca, alia pinguia: colore, & tempore quo matureſcunt, alia tempeſtiva, alia ſerò matura, alia ſubito pereunt, alia ſervari poſſunt, differũt: & à primis inventoribus, regionibus, alijſq; notis nomina invenere, quæ ſigillatim explicari nõ poſſunt, cũ qualibet regio ſuã habeat, & qualibet urbs peculiaria nomina ijs tribuat. Apud Germanos enim quamplurimæ differentiæ occurrunt, ut videre eſt apud Tragũ. Sic Val. Cordus quinquaginta, J. Bauhinus l. de balneo Bollenſi, ſupra quadraginta. Tabernæmont. ſeptendecim differentias propoſuit. Noſtri in primis magnificiunt ea quæ ab odore & ſapore Moſchatellina, quæ Superba Plinij videntur: dein quæ à forma ovi Ovata dicuntur: tum quæ Speckbiren/ *id eſt, Lardina nominantur: tandem* Regelbiren/ *ſive Regalia (Regia & Regulana, Geſ.) ex quorum ſucco Electuarium ſuaviſſimum paratur. Sic Galli ſua habent, in primis Bonchriſtiana cognominata Carol. Stephano & Lug. ut videre eſt apud Car. Stephanum, Rue ium, & in hiſtoria Lugdunenſi. Itali ſua, de quibus Matthiolus & Caſalpinus.*

I. Pyrus

I. Pyrus ſativa.
Pyrus, Brunf. Dod. ut: Cord. hiſt. Geſ. hor. Lon. Cæſ. Lugd.
Pyrum, Turn.
Pyra, Mat. Ang. Cord. in Dioſ. Lac. Ad. Lob. Caſt.

II. Pyrophylla, ad imitation. Plinij l. 15. c. 14. Malorum genera recenſens, Melofolia nominat quibus folium unum aliquando geminum erumpit è latere medio.
Pyra è quorum medio corpore folium exoritur, Dalech. in Plinium, Cam.

III. Pyra, quæ comeſta ventrem ſubducunt, Camerar.

IV. Pyrus ſylveſtris.
Ἀχράς ἡ ὄχνη dicitur: ὄχνη quidem à verbo ἄχνειν ſtrangulare, quod acerbitate ſua propemodum ſtrangulet: attamen inter ἀχράς ἡ ὄχνη ſunt qui differentiam faciunt: Achradem pyri ſpeciem quandam facientes ex Dioſcoride (ut Cæſalp. & Lugd.) quæ ſpinis quidem agreſtis modo, horrida ſit, ſed fructu pulcherrimo & optimo: ὄχνη verò, ſpinis armata, omnino ſylv. fructu puſillo, nec eduli, aliquando mediocris altitudinis, ſæpius humilis arbuſcula. Quamvis ἀχράς Ariſtoteli 8. hiſt. 6. de pyro ſylv. & ὄχνη, Homero etiam de pyro hortenſi dicatur. Deducitur autem ἀχράς, ab α privativo & χρεία, id eſt, uſu: eò quòd ejus fructus uſus nondum eſſe cœperit inter alimenta humani corporis, niſi forte extrema fame urgente.
Pyraſter Gazæ, ἀχράς, Theophr. 1. hiſt. 3.
Pyra ſylveſtris, Ang.
Pyra ſylveſtris major, Tab.
Pyra ſylv. & pyra ſylv. minima, Tab. Ger.

V. Pyra ſylv. Cretica.
Pyra exigua à Cretenſibus Achlades nominata, à noſtris diverſa: apud quos aliàs pyra ſylv. Agaſuga appellantur, Bellonio.

Pyro ſimiles exoticæ.

I. Pyro ſimilis ex Guinea.
Lata, fructus exoticus Cluſ. ex. l. 2. c. 22.

II. Pyro ſimilis fructus in nova Hiſpania nucleo magno.
Palto arbor cujus fructus benè maturus pyrum majuſculum refert, qui maturus butyrum æmulatur, in Inſula S. Dominici: at in Peru grandiores ſunt, cute duriuſcula: in Mexico minores cute teneriore, par. 9. Ind. Occid. l. 4. c. 24.
Melocotones ſeu Pyra Indica ſunt Mameyen, Guayanen, & Platen, Idem.

III. Pyro ſimilis fructus alter in nova Hiſp.
Annona ſive Guanavano pyri magnitudine, pulpa butyri modo, cui grana plurima nigricantia includuntur: Joſeph. Acoſta l. 4. c. 25.
Mangier blanco eſt Annona ſive Guanavana, p. 9. Ind. Occid. l. 4. c. 25.

IV. Pyro ſimilis fructus in Virginea.
Metagueſunaux, fructus pyriforma & magnitudine, impensè foris & intus rubens: part. 1. Ind. Occid.

V. Fructus in Inſula S. Mariæ, pyra majora referens, intus mucculentum: par. 3. Ind. Or. 10.

MALUS PERSICA.

Malus Perſica: Græcis μηδικὴ μηλέα: & Perſicus, Palladio: & fructus Perſicum malum, περσικὸν μῆλον, Dioſc. l. 1. c. 164. At Theoph. 2. hiſt. 3. πέρσιον (Perſicum Gaza reddit) Aegypti ſterileſcit: 3 hiſt. 5. ſed aliquando ibi & locis proximis fructificat: quanquã in Rhodo uſq; florem duntaxat devenit: ſed diſtinguere oportet à Perſea, quemadmodum ex Theoph. 4. h. 2. colligere eſt: & Plin. l. 15. c. 13. apertiſſime diſtinguit: falſum eſt (quod Nicander & Soſtrates prodidêre) venenatam cum cruciatu in Perſis gigni: id enim de Perſea diligentiores tradunt, quæ in totum alba eſt, myxis rubentibus ſimilis, nec extra orientem naſci volunt, &c. ſemper autem folia habet & poma ſubnaſcentibus alijs. Et Rauvolffius commemorat, Perſas etiam hodierna die Perſeam à Perſico arbore diſtinguere, quamvis etiam à Perſicorum eſu abſtineant, Nimrodi veneficio infecta & noxia effecta opinantes. Plin. l. 15. c. 13. in totum quidem Perſica peregrina etiam Aſiæ Græciæq; eſſe ex nomine ipſo apparet, atq; ex Perſide advecta: & mox: Perſicæ arbores ſerò & cum difficultate tranſeunt, ut quæ in Rhodo nihil ferant, quod primum ab Aegyto earum fuerit hoſpitium: & l. 16. c. 28. Perſicæ arbores in Rhodo floreant tantum.

Genera: Plinio l. 15. c. 12. perſicorum palma duracinis: nationum habent cognomen, Gallica & Aſiatica. At Perſicorum differentiæ plures ſunt, quæ magnitudine (ſiquidem alia majora, alia minora ſint) figura, quædam orbiculata, rimula quadam à latere, quædam in rotunditate oblonga, Cariota cognominata: colore: ſapore, dulcia, acida, vinoſa, auſtera, amariuſcula: maturationis tempore & ratione oſſis differunt. Sunt enim alia præcocia, alia ſerotina: præcocia, alia ſapore mali Armeniaci, alia admodum dulci & ſuavi. Serotina alia majora, etiam pugni magnitudine, ut ungarica: alia minora: majora vel alba, vel flava, vel modico rubore

aſperſa

aſperſa ſunt, qua Sole ſpectant, & intus in oſſis contactu, vel buxea, & quidem pulpa candida, lutea rubea. Sic minora, vel rubra ſunt, vel flava. Ratione oſſis: ſic in alijs integer & facilè à carne recedit: in alijs à carne ſeparari nequit, & quidem in aliquibus nucleus diſruptus, in quibuſdam per medium diviſus reperitur. Perſica Perſianis Hel dici, Rauvvolffius monet.

I. Perſica molli carna & vulgaris, vitidis & alba.

Perſicus, Brunf.
Perſica arbor & ejus primum genus, Trag.
Perſica, Fuch. Ang. Lac.
Perſica malus, Geſ. hor. Ad. Lob. Lug. Tab. quæ alba, & Ger.
Malus Perſica, Dod. ut: Turn.
Perſica viridia & alba, Matth. Caſt.
Perſicus alba & popularis, Lon.
Perſicæ primum genus, Cæſ. & vulgare, Lugd.

II. Perſica ſucco quaſi ſanguineo.

Perſicæ tertium genus, Trag.
Perſica ſanguineo ſucco madentia, Matth.
Perſica Ungarica ſanguineo ſucco, Geſ. hort.
Perſica in totum ſaturato colore rubentes, Dod.
Perſica Carota, Caſt.
Perſica rubra, Lon. Tab. ſeu ſanguinea, Cam. ep.
Perſica præcocia, Ger. ico.

Hæ duæ ſpecies lanatæ ſunt, carnem ſuccoſam & flaccidam habent, quæ communiter à nucleo tota recedit: & alia ſunt magna, alia parva: quædam prorſus viridia, quædam alba: quædam maculis rubris picta: alia carne alba flaveſcente: alia rubra, ut ſanguinolenta videatur: & hęc nucleo eſt alias foris rubente, alias nigro.

III. Perſica dura, carne candida, aliquando ex albo ſubrubente.

Rhodacina, Ægin. Aëtio.
Perſica duracina, Matth. Ang. Bellon. Geſ. hort. Lon. Caſt. Cæſ.
Perſicorum tertium genus ſive duracina, Lugd.
Duracina alba, Tab.

Duracina ob carnem duriorem ſic nominata, quę Rhodacina dicta, aut ob odoris ſuavitatem, aut quod plerunq; rubro colore alterna ſui parte niteant: aliquando pugni magnitudine, & fructu anguloſo, circa os rubente, quod aliquando per medium diviſum, aliquando in partes diſruptum reperiur, & à noſtris Perſica moſchata dicuntur: Horum ut ſequentium caro dura & nucleo tenaciſsimè adhæret: quæ aliquando etiam intus ſaturatè rubet.

IV. Perſica dura carne buxea.

Perſica cotonea, Matth. Caſt. Lugd.
Perſica Ungarica colore aureo, Geſ. hor.
Perſica buxea à Cotoneis denominata, Cæſ.
Perſica cydoniaria, Tab.
Perſica lutea, Ger.

V. Perſica æſtiva Armeniacis ſimilia, ſive Perſica S. Johannis.

Perſicæ quartum genus, Trag.
Perſica pumila, Cam.
Perſica præcocia, Tab. Perſica rubra, Ger.
an Perſica minima, Cord. hiſt.

Saporem pene ſimilem cum Armeniacis habent, ſed ex eo genere non eſſe, nucleus ſcabert & ſtriatus oſtendit, &c.

VI. Nuciperſica, quod nucum juglandium faciem repræſentet.

Nuciperſica, Matth. Lugd. Caſt.
Perſica nux, quæ Antiperſica Averrois, Ang.
Perſica præcocia, nuciperſica, Cæſ.

Hæc etiam nulla lanugine pubeſcunt, & colore & ſapore Perſica cotonea referunt.

VII. Perſica Amygdaloides.

Perſica amygdala, Matth. Lugd. Caſt.
Amygdalus perſico inſitus, Geſ. hor.
Amygdaloperſicus, Cam.
Pulpa Perſicum, nucleus Amygd. dulcem ſapit.

Perſicæ ſimiles exoticæ.

I. Perſicæ affinis in Taprobana.

Arbor Gehuph Indis Cobban, Thev. Lugd.

Fructu eſt rotundo, in quo nux Avellanæ par, nucleo amaro: gummi ex arbore utiliſſ. manat.

II. Perſicæ ſimilis putamine villoſo.

Mangas, Garz. Caſt. Frag. Acoſtæ, Linſc. par. 4. Ind. Orien. c. 7. fig. 14. item 5 & 8. par. Ind. Orien. Rauvvolf. Manga, Scalig.
Manges, par. 7. Ind. Orient.
Exoticus fructus 4. Mangas, Cluſ. ex. l. 2. c. 16.
an Mangenas fructus: par. 5. Ind. Orient.
Fructus verò Ambo & Amba vocatur.

Genera ejus plura, aliquando ab una arbore colore diverſo prodeunt, ſubvirides, flavi, ex viridi rubentes: ſine nucleo ejus generis repetiri Acoſta ſcribit: biferæ meminit Garzias.

III. Mangus aliud genus.

Mangas Recheadas ſive Mangas in Athar, Linſcot. 4. par. Ind. Orient. 7.

IV. Mangas fructu venenato.

Mangas ſylv. aliud genus, Acoſtæ, Lugd.
Mangas bravos, Palud. in Linſc.

V. Perſici

V. Perſici oſsiculo fructus Malacenſis.
Jambos, Garz. Frag. Acoſtæ, Lugd. Linſc. par. 4. Ind. Or. c. 9. fig. 13.
Jambeir arbor, fructus Jambos, Luſitanis; Jambali, Malabarenſibus, Acoſtæ.
Jambos, Arabibus: Tupha, Indis: Perſis, Tuphat: Turris, Almat, Palud. in Linſc.

Duûm generum: unus obſcurè rubet; alter ex candido rubeſcit, oſsiculo ut in Perſico, Garziæ: at Paludano, alterius fructus completè rubet & nucleo caret: alter levius purpuraſcit, & roſam ſpirat.

VI. Goan arbor & fructus, ex cujus cineribus Tuthia Alexandrina conficitur, Garziæ.

VII. Guajanos in Hiſpania nova, fructus granis duris, minora poma æquantibus, prægnans: ac in Peru hujus arboris facies diverſa, par. 9. Ind. Occid. c. 24.

Perſicorum genera omnia in nova Hiſpania & Peru, ut Melocotones, Albercokia & ſimiles: exceptis Ducaſinos, qui è Perſicorum genere ſunt, par. 9. Ind. Occid. c. 31. Sic in Angra perſica copioſiſsima eſſe, ſcribit Linſc. par. 3. Ind. Or. c. 6.

VIII. Matos ex claſſe Guayanorum & parvi albicantes Guaynavilli, naturæ fri gidiuſculæ: Joſeph. Acoſta l. 4. c. 24.

PERSEA.

ARbor Perſea περσέα Græcis, quæ à Perſica diverſa eſt, licet Theophraſtus utramq; πέρσεων nominet: at Gaza loco priori Perſicam, altero Perſeam tranſtulit. Dioſcoridi l. 1. c. 187. περσέα arbor eſt in Aegypto fructum ferens cibo idoneum, quem aliqui prodiderunt in Perſide exitioſum eſſe, tranſlatam verò in Agyptum naturâ mutata edulem fieri. Et Theophr. 4. hiſt. 2. eſt in Aegypto alia arbor Perſea vocata, aſpectu magna & pulchra, ſed maximè ſimilis pyro, & foliis, & floribus, & ramis, ſed folio perpetuo, &c. fructus pyri magnitudine, figura oblongus, Amygdali ſpecie, colore herbidus, intus nucem habet quemadmodum prunum, ſed multò minorem & molliorem, carnem valdè dulcem, &c. Galenus 2. κατὰ τόπους, fructus eſt pyri aut mali magnitudine, noxia in Perſide, veſca in Aegypto.

Perſea, Matth. Lonic. Rauvvolf. cui Sephora adpingit, quod Cluſ. in hiſt. non probat.
Perſianis.
Perſea America Matthioli, Lugd.
an eadem cum Perſea Plinij & Plutarchi?
Perſea, Cluſ. hiſp. & hiſt. Lob. Caſt.
Perſea America Cluſij, Lug. hic fructum Cuciophoræ adpingit, quod Cluſ. in hiſt. non probat.
Perſea Plinij, Cæſ. qui dubitat an Anacardium ejus fructus ſit.

Hujus folia à Doct. Jo. Anatolio Privæo, inſigni apud Veſuntinos Medico & Botánico, unà cum quibuſdam bulbis anno 1622. accepimus.

AMYGDALUS.

AMygdalus, Græcis ἀμυγδαλέα, & per contractionem ἀμυγδαλὴ vocatur: fructus ἀμυγδάλη ἡ ἀμυγδαλόν: Latinis amygdala & amygdalum. Amygdalam ideo Græcis nominari Herodianus ait, παρὰ τὸ συ τῷ μίσᾳ τὸ χλωρὸν ὥσπερεὶ ἀμυχὰς ἔχειν πολλὰς, quod poſt viride putamen, nucleos ſcarificatos oſtendat & in rimulas dehiſcat, quas τὰς ἀμυχὰς vocant, Athenæo lib. 2. teſte. Antiqui, nucibus (ob oſſeum corticem) adnumerant, quas Cato Nuces Græcas vocavit, & Plinius l. 15. c. 22. tertio loco recenſuit. Amygdalus Theoph. 7. hiſt. 12. inter arbores potiſsimum, vel ſola ante folia flores emittit, vel unà cum foliis: 1. hiſt. 21. flores foliati ſunt: 1. hiſt. 23. & fructum ex ſurculis annotinis habet: 1. hiſt. 18. & ei ſemen protinus poſt tegmen ambiens ſubeſt: ſed non nudum, verùm ligno obductum. Idem oſtendit, quomodo diminutione ex amaris dulces efficiantur: 2. hiſt. 8. 1. cauſ. 21. 3. cauſ. 23. 5. cauſ. 24. & Plinius l. 17. c. 17. ſic etiam neglecta, ex dulci amara redditur, 2. cauſ. 20. Et Plinio l. 16. c. 25. floret prima omnium amygdala, menſe Januario: Martio verò pomum maturat. Sunt autem duplices, dulces & amaræ, ut ex Dioſcor. l. 1. c. 176. Theophr. & Plinio locis citatis colligitur: hæ ſalubriores, illæ ſuaviores creduntur. Naxia amygdala, à Naxo Inſula veteribus Græcis maximè commendabatur: ſecundas partes Cypria ſibi vendicabat, quæ præter cæterorum morem repando cacumine prodit.

I. Amygdalus ſativa.
Amygdalus, Brunf. Trag. Dod. ut: Cord. in Dioſ. (cui & Nux Græca) Geſn. hort. Lon. Ad. Lugd. Cam. Tab.
Amygdala, Matth. Ang. Tur. Lac. Bellon. Lob. Cæſ. Caſt. Eyſtet.
Amygdala ſativa, Rauvvolf.

Sunt majores & minores: laudatur majores, quæ lanugine carent, idcircò Pruno inſeruntur. Amygdalas minores, tàm amaras quàm dulces, & quidem alijs triplo minores, adhuc putaminibus ſuis incluſas, ex Aſia afferri, teſtatur Cord.

in ſua hiſtoria. Sic Geſner. meminit Amygdali nuces rotundas ferentis. Nunc dulces habemus duplices, vel duro, vel molliore putamine.

II. Amygdalus ſylveſtris.

Amygdalus ſyl. in ſepib. Tripolitanis, Raūvv.

III. Amygdalus Peruana.

Fructus exoticus Hiſpalenſis 2. Cluſ. ex. l. 2. c. 18.

IV. Amygdalæ Guyanenſes, Cluſ. ex. l. 2. c. 6.

V. Amygdalo ſimilis fructus Peruanus fuſcus vel ſpadiceus, linea candida.

Fructus peregrinus 9. ſive Pepitas del Peru, id eſt, acini Peruiani, Cluſ. ex. l. 2. c. 30.

Fructus peregrinus 9. in tab. 3. Lugd. Tab. Ger.

VI. Amygdalis ſimilis Guatimalenſis.

Avellana Mexiocana, cujus fructum indigenæ Cacao appellant, quæ Palmarum naturam obtinet, Guiland. pap.

Cacavate Benzoni, Lug. In. oc. p. 5. vel l. 2. c. 16. 17.

Cacao. Joſ. Acoſtę, vel Ind. Occid. par. 9. l. 4. c. 22.

Cluſ. ex. Lugd. Tab.

Fructus ſiliquis incluſus Amygdalarum ſpeciem refert, cujus integræ naves plenæ ex Guatimala afferuntur: cum hac in nova Hiſpania mercatores negotiantur, cum ipſis monetæ uſum præbeat & eleemoſynæ loco pauperibus diſtribuant: quare per univerſam Americam multi uſūs: imò ex eo potum conficiunt quem quem Chocolate nuncupant: Benzoni, Lugd.

VII. Amzgdalis ſimilis cortice ſpinoſo.

Amygdalæ ex Andes: par. 4. Ind. Occ. l. 4. c. 26.

MALUS ARMENIACA.

Malus Armeniaca, μηλέα ἀρμενιακὴ, & fructus μῆλα ἀρμενιακὰ. Dioſcor. l. 1. c. 156. Perſeis ſubjungit: minora quæ ἀρμενιακὰ, Romanis præcoquia dicuntur: Latinis præcocia, quòd ante alios fugaces fructus matureſcant: nominantur & Præcoqua: Galenus inter Perſica repoſuit, ut & Pl. l. 15. c. 12. inquiens: poſt autumnum (ſcil. Perſica) matureſcunt, æſtate præcocia, intra triginta annos reperta, & primo denarijs ſingula venundata. Supernatica è Sabinis veniunt: popularia undiq;: pomum innocuum expetitur ægris. His verbis Plin. duo Præcocium genera indicare, Dalechamp. voluit: alterum Supernas, amplum & magnum, quod è Sabinorum locis advehebatur, vulgo Armenium majus: alterum vulgare, parvum & ſtrigoſum, etiam Armenium dictum.

I. Mala Armeniaca majora.

Armeniaca, Ang. malus, Matth. Lac. Bellonio ab Armenijs dicta.

Armeniaca majora, Cam. Tab. Eyſt.

Armeniaca major Baracocca vulgo, Cæſ.

Malus Armeniaca major, Matth. ep. Ad. Lugd.

Mala Armeniaca maxima, Geſ. hor.

Hæc mole corporis & ſuavitate præcellunt, & ſapore differunt à minoribus, quæ ſapore auſteriore ſunt, quæ ſine cultura & inſitione exigua ſunt.

II. Mala Armeniaca majora, nucleo dulci.

Malus Armeniaca candicantia nucleo oblongo dulci ut in Amygdalis, Geſnero.

III. Malus Armeniaca minor.

Præcocia, Brunf. Ang.

Perſica minora, Brunf.

Perſicus præcox vel Armenia, Geſ. ap.

Perſici quartum genus, Lon.

Armeniaca minora, Matth. Cam. Tab.

Malus Armeniaca, Dod. ut: Tur. Cord. in Dioſcor. Lob.

Malum Armenium vel præcoquum commune, Geſn. hort.

Malus Armeniaca minor, Ad. Lug.

Armeniaca, Cæſalp.

PRUNUS.

Prunus προυμηλέα Dioſc. l. 1. c. 174. nota arbor eſt, cujus fructus eſculentus eſt. Fructus προύμηλα pruna dicuntur. Theoph. 3. h. 16. folia ſimilia habet Arbuto & Andrachne, arbor parva: 1. h. 18. ſemen habet carne & nucleo interjacente: 1. h. 29. ſuccum dilutum: 1. h. 22. ſuper fructum ipſum florem inſidentem emittit: 3. h. 7. radice numeroſa. At 4. h. 3. eſt & alia quædam arbor προυμηλέα magna, fructum ferens ſimilem meſpilo, majorem, nucleum habens rotundum, &c. Eidem 9. hiſt. 1. προύνη (pruno Gaza) humor in lachryma modo gignitur.

Genera: Dioſcorides Syriacorum, & eorum quæ Damaſci naſcuntur, meminit. At Plinio l. 15. c. 13. Prunorum ingens turba verſicolor, nigra, candicans: hordeacea appellata: alia eodem colore majora aſinina cognominata: ſunt & nigra, ac laudatiora cerina atq; purpureæ: nec non Armeniaca, &c. ſic nucibus inſita, alutroq; nucipruna appellata, &c. nuper in Bætica malina appellari cœperunt, malis inſita, & alia amygdalina, amygdalis: his intus in ligno nucleus amygdalæ eſt: in peregrinis arboribus dicta ſunt Damaſcena, &c. & pruna omnia poſt Catonem cœpiſſe manifeſtum eſt.

Recentio-

Gallijs, unde enucleata (nucleo parvo sunt) & exsiccata adferuntur, & in officinis nostris habentur, & tam cruda, quàm cocta comeduntur. Verùm & in hortis nostris habentur.

XVI. Prunus fructu rotundo nigropurpureo dulci.

Prunus cognominata Myrobalanus, Clus. pan. & hist. Cam. Tab. Ger.

Prunus Myrobalanus rotundus, Eyst.

Est majore & minore fructu, hicque pulpam dulciorem habet.

Pruno similes exoticæ.

I. Pruna Congiana lutea.

Ogegha arbor fructu luteis prunis simili, Pigafetta desc. reg. Congiani: vel Ind. or. par. 1. l. 2. c. 1. an Lanca fructus in Gilolo prunis cereis similis: part. 8. Ind. orient.

II. Prunus Brasiliana.

Hyuourahe Theveto, Clus. in Monardem.

Hiuourae Brasilianis, Guajaci species, Lerio part. 3. Ind. occid. c. 12.

III. Pruno similis fructus Chinensis.

Lechyas fructus prunis similis, 2. part. Ind. or. cap. 25.

IV. Pruno similis ovalis, cortice & nucleo cinereo.

Guayavensis fructus 2. Clus. exot. l. 2. c. 6.

V. Pruno similis oblongus spadiceus pulpâ albâ.

Guayavensis fructus 3. Clus. l. c.

VI. Pruno similis fructus subfuscus ex Guynea.

Fructus exoticus 1. à Clutio, Clus. exot. l. 2. c. 23.

VII. Pruni figura fructus Guinensis.

Fructus exoticus 2. à Clutio, Clus. exot. l. 2. c. 24.

VIII. Pruno cereo similis fructus Africanus.

Ergen arbor folijs myrti, fructu pruni cerei, osse amygdali magnitudine lineis binis distincto: in Præfat. par. 1. Ind. or.

IX. Prunus Hiericonthica folio angusto spinoso.

Zaccon, quia in planitie Hierichontis non longè ab ædibus Zacchæi crescit, Cast.

X. Prúna insana spinosa.

Nux insana, ab effectu Prunula insana nautis Belgis, Clus. exot. l. 2. c. 26.

Fructus prunis nostratibus minoribus similis, mentem capiens, 4. part. Ind. orient.

XI. Pruno similis spinosa.

Jangomas, Garz. Frag. Lugd. Linscot. 4. part. Ind. orient. 10.

Jangomi, Acostæ.

Fructus pruni facie, sed loco nuclei granulis turget.

XII. Pruno similis folijs, Laccam ferens: alij ex Sorbi vel Mespili vel Myrti ramis colligi volunt, Garz. Vide inter gummata.

Prunus sylvestris.

Prunus sylvestris, Græcis κοκκυμηλέα ἀγρία, sive ἀγριοκοκκυμηλέα dicitur, quòd rotunditate & magnitudine Cocci, mala ferat; Virgilio 4. Georgic. Spinum dicitur: fructus Dioscorid. libr. 1. cap. 174. ἀγριοκοκκύμηλον: & Galenus 2. aliment. testatur in Asia προύμνον appellari, Latinè Prunum sylvestre Prunellum & Prunulum vocant. At Theophrastum 3. histor. 7. ἀποδιάδα, vel ut apud Athenæum libr. 2. legitur, ἀποσπιάδα vocari volunt. Spodias, inquit, velut sylvestris prunus habetur. Et Plinio libr. 15. cap. 13. pruna sylvest. ubique nasci certum est.

I. Prunus sylvestris.

Prunus sylvestris, Brunf. Matth. Fuch. Dod. ut: Turn. Cord. in Dioscor. Bellon. (cui & Spino) Gesn. hort. Lonic. Adv. Lobel. Cæsalp. Castor. Lugd. Tab.

Prunus sylvestris vulgaris, Trag.

Huic peculiare, quod defloresçens, simul ac imbres contigerint, fructus in oblongum & inane corpus convertitur, quos Itali Turcas vocant, Cæsalpino & Camerario monentibus.

Fructus alij sunt magni, alij exigui, nonnulli rotundi, quidam oblongi: cujus succus pro Acacia usurpatur, unde stirpi Acaciæ Germanicæ nomen factum.

II. Pruna sylv. præcocia.

Pruni sylv. altera species, Trag.

Hæc majora sunt & Augusto maturantur, quare Germanis Haberschlehen/ reliqua Schlehen simpliciter nominantur.

In sylvestri sativaque pruno reperitur limus arborum, quem Græci Lichena appellant, Plinius lib. 23. cap. 7. at Dioscorides Gummi vocat. Muscum qui innascitur, Chirurgi nostri magnificiunt.

MYRO-

quædam fœmina, quam θηλυπρανέαν vocant: folium habet Amygdalæ (alij Mali legunt) niſi quod pinguius craſſiusq; : corticem nervoſum, & tenuem, caudicem non nimis craſſum: fœmina virgas parvas, &c. Macedones ambas fructificare aſſerunt, ſed fœminæ fructum inguſtabilem eſſe, &c. Plinio lib. 16. cap. 26. Cornus circa Solſtitia, reddit primo candidum, poſtea ſanguineum: ex eo genere fœmina poſt Autumnum fert baccas acerbas & inguſtabiles cunctis animantibus: ligno quoq; fungoſa, inutilis, cum mas è fortiſſimis quoq; ſit: tanta differentia ab eodem genere ſit: vide & l. 15. c. 24. & 24.

I. Cornus hortenſis mas.
Cornus, Brunf. Trag. Matth. Ang Lac. Lon. Dod. Ad. Lob. Cæſ.
Cornus mas, Dod. gal. Bell. Geſ. hor. Tur. Lugd. Tabern.
Cornus ſativa & mas, Cord. in Dioſc.
Cornus vulgaris mas, Cluſ. hiſt.

Fructus maturus colore variat; nam communiter rubet, & oſſiculo longiore eſt: aliquãdo ceræ colore: rarius albet: ſaturatius etiam rubet oſſiculumq; habet craſsius & brevius, & hoc eſt Corni maris aliud genus, Cluſ. hiſt.

II. Cornus ſylveſtris mas.
an Cornus fœmina, Cord. hiſt.
Cornus ſylveſtris, Cam.
Cornus mas pumilio, Cluſ. hiſt.

Hic in ſylveſtribus Thuringiæ & Auſtriç inferiores provenit, ſolùm fruteſcit, ſed cultura in arborem pulchram exſurgit: fructus dulciores ſunt, quàm urbanæ, Hermolao, & plerunq; etiam majores, Camerario monente.

III. Cornus fœmina.
θηλυπρανέα Theophr. quibuſdam ψευδοκρανία, id eſt, falſa Cornus: Cornus fœmina, Plinio: quibuſdam Virga ſanguinea ejuſdem, l. 24. c. 10. at nullas notas addidit.
Liguſtrum, Brunf. ico.
Hartriegel/ Trag.
Virga ſanguinea, Matt. Ruel. Geſ. hor. Dod. Cæſ.
Cornus fœmina, Dod. gal. & (Opulus Columellæ) Tur. Geſ. hor. Ad. Lob. Thal. Lugd. Tab.
Cornus fœmina veteribus Macedonibus, Sanguineus frutex Gallis, Bellon.
Pſeudocrania, Cord. hiſt. ico.
Sanguen vulgo, Cæſ.
Sanguis & lingua ſanguinea, Caſt.
Oſſea, Lon. Caſt.
Cornus ſylveſtris, Lon.

L O T U S.

Lotus arbor triplex eſt Dalechampio in Plinium: prima quæ λωτὸς δενδρεον Dioſcoridi l. 1. c. 171. quam dicit ſtirpem benè magnam fructum ferre pipere majorem, dulcem, edulem, ſtomacho aptum. Et Theoph. 4. hiſt. 4. λωτὸς (Celtis Gaza) magnitudine quanta pyrus, aut paulò minore, folium inciſuras habet, ut Ilex; cujus genera plura fructibus inter ſe diſcreta traduntur, &c. Plinio l. 13. c. 17. arbori Loto quam Celtim vocant, magnitudo quæ pyri, folio ilicis, fructu dulci nunc exoſſe, nunc durum nucleum ambiente, colorem uvæ modo mutante, cùm matureſcit, è quo vinum exprimitur. Arbor Syrtica eidem l. 24. c. 2. Altera Διόσπυρος & Theophr. l. 3. c. 13. (Jovis flamma Gaza) quam impropriè Loton vocant, ob fructus dulcedinem Ceraſo ſimilem, nucleo duro, & Plinio l. 16. c. 30. lotos ſive faba Græca, &c. & l. 24. c. 2. Tertia, quæ Theophraſto ſecunda, quæ Lauroceraſus quibuſdam: quæ ſententia Cluſio non placet. Addi poteſt quarta, ipſius Polybij apud Athenæum l. 14. Sunt qui Guajacanam, Tuberum alterum genus Plinij, quorum inter Mala meminit, velint.

I. Lotus fructu Ceraſi.
Lotus, Mat. Ang. (& arbor del perlaro) Lac. Lon.
Lotus arbor, Bell. (Cacavia Cretenſibus) Geſn. hort. Ad. Lob. Cæſ. Cam.
Lotus arbor ſive Celtis, Tur.
Lotus Celtis arbor, Lugd.
Lotus domeſtica, Caſt. app.
Bagolarus Tridentinis, Guil.

II. Lotus Africana latifolia.
Diospyros, Theophraſti.
Lotus ſive Faba Græca, Plinio.
Lotus Africana altera, Matth.
Guajacum Patavinum Fallopio, Geſ. hort. Ad. Lob. (& Lotus vera Theophraſti) Ger.
Guajacum, Cord. hiſt. icon. Lon. ico.
Guaicana, Bellon. cult. Eyſt. vulgo, Cam.
Ermellinus, Cæſ. qui Tuberum alterum genus Plinij ſuſpicatur.
Dioſpyros ſive Faba Græca latifolia, Lugd.
Pſeudolotus Matthioli, Tab.

Variat: nam in fructu Patavij, ſemina bina aut terna plana & ſpadicei coloris obſervavimus: at quæ Viennæ & Bononiæ coluntur, etiam ex ſemine Italico natæ, fructus ſemine expertes, ſola pulpa conſtare, Cluſ. in ſua hiſt. notavit.

III. Lotus Africana anguſtifolia ſive fœmina.

Pſeu-

II. Lignum pice ferè nigrius & polito ebore lavius: arbor crasso cortice vestita, in cujus intimis Ebenus clauditur: ejusdem generis ligna rubentia, & alia ceræ modo flaventia reperiuntur: in Insula Mauritiana, 5. par. Ind. Or.
Ebenum picis modo nigrum, 4. par. Ind. Or.

LIGNA DURISSIMA FERRI DURITIEM æmulantia.

I. Ebenus Indica.
Lignum de Mangles, ex quo navium malos & antennas, ferri duritiem æmulantes, condunt: part. 9. Ind. Occid. l. 4. c. 30.
an Lignum de Cochi, quod ejusdem cum ferro ponderis, ex quo anchoras conficiunt, & à Lusitanis Paio di ferro, hoc est, lignum ferreum vocatur: par. 7. Ind. Or. c. 44.

II. Lignum Teixo dictum, adeo durum ut ferrum æquet, in Pico Insula, quod valde pretiosum & utile, interius coccinum undulatum expressissimè referens, ex quo instrumenta fiunt, Liscot. part. 3. Ind. Orient. cap. 6.

III. Angelina arbor apud Cachinum, ex cujus continuo trunco naves Tonas vocatas extruunt tam grandes, ut unâ viginti vel 30. dolia aquatica vehi possint, cujus lignum adeo durum ut ferrum atterat, Linsc. par. 4. Ind. Orient. c. 14. & par. 7. c. 27.
An arbor cujus pars ima crassitie 24. orgyarum in Guineæ Insula Formosa: part. 6. Ind. Oriental. cap. 4.
an Angelina arbor, cujus solum nomen apud Acostam, cap. de ligno colubrino.

C E R A S U S.

Cerasus κέρασος Theophr. 3. hist. 13. fructus κεράσια, Dioscoridi l. 1. c. 157. Cerasia & Cerasa. Dicta autem à Cerasunte Pontico municipio: unde Lucullus Romanorum Imperator, Mithridate debellato, primum in Italiam arborem detulit, & fructum gentilitio nomine Cerasium appellavit, Athenæo l. 2. & Plinio l. 15. c. 25. auctoribus. Est autem Theophr. l. c. natura peculiaris arbor, magnitudine excellens, &c. flore candido, pyro & mespilo proximo, &c. fructu rubente, fabæ magnitudine, &c.

Genera: Plinio l. c. Cerasorum, Aproniana maximè rubent: nigerrima sunt Actia, ut & Caciliana rotunda. Julianis gratus sapor: principatus duracinis, quæ Pliniana Campania appellat: in ripis etiam Rheni: tertius ijs color è nigro ac rubenti viridiq; similis maturescentis semper. Minus quinquennio est, quod prodiere quæ vocant Laurea, non ingratæ amaritudinis, insitæ in Lauro. Sunt & Macedonica parvæ arboris, raroq; tria cubita excedentis: & minore etiamnum frutice Chamæcerasi: hæc Plinius. Verùm non solùm apud Gallos & Italos, sed etiam nunc apud nos magna Cerasorum varietas, quæ quotidiè insitione & cultura augetur: nam alia sunt sativa, alia sylvestria. Sativa, fructus forma, colore & sapore variant. Sunt enim pomi figura turbinatiore, longiore, rotundiore, majore, minore, cordis etiam figura: & alia pediculo longiore, alia breviore: singulis, vel pluribus unâ coëuntibus, ita ut ex uno petiolo vel singula, & quidem communiter, vel terna quaterna, quina dependeant: vel in racemi modum coacerventur. Colore albo sed rarius partim rubro, partim candicante, & quædam in maturitate parum ex candido rubent, quædam magis: quædam planè cerea, quæ pruno insita sunt: rubro rufescente, nonnunquam in atrum vergente, nigro etiam quædam nigerrimo & succo sanguineo, labia & manus inficiente. Sapore dulci, acido, austero, ex dulci & acido admixto: alia amaritudinis quid retinent, non tamen ingrata, Amarina dicta: sic alia nimia sua dulcedine fastidium pariunt: alia ob nimium acorem repellunt: alia ob aquei succi redundantiam insipida sunt. Similiter quædam carne sunt prædura, alia carne mollior, sive teneriore & aquosa constant: & quibusdam caro pertinacius nucleo hæret, qui in alijs fragilior, & nucleo non insuavi est. Sylvestria etiam variant, quorum quædam, licet in hortis à nostris colantur, sylvestria tamen dicantur, quia in nemoribus & sylvis, nonnunquam in dumetis reperiuntur: & quidem in sylvis altissimis, fructu parvo & exigua carne, avium potius quam hominum cibus, ob acerbum simul & amarum gustum. Sed aliquas tantum differentias subjiciemus.

I. Cerasa sativa, rotunda, rubra & acida, quæ nostris, Cerasa sativa.
Cerasa Aproniana, Plinij.
Cerasus acida, Brunf. Matth. Lugd. Tab. & alijs vulgaris, Ger.
Cerasia acida & vulgaria, Trag.
Cerasa quæ Gallis Griottes, cujus arborem Chamæcerasum dici, putat Ruellius.
Cerasa austera & majora, Cord. in Diosc.
Cerasia, Cord. Ges. hor. Lob. Cast.

Ceraſus, Ad. tertia, Dod.
Ceraſa Agriotta appellata, Cæſ. qui Macedonica Plinij ſuſpicatur.

Hæc in mediocri arbore creſcunt, breviq; pediculo & carne ſatis dura donantur: colore communiter rubro, aliquando nigricante, quoddam & quaſi albidum quod rarius eſt: at quæ in alia ejuſdem generis arbore inſita, magna admodum Ceraſa, ex brevibus pediculis dependentia, gignunt.

II. Ceraſa ſativa majora.
Ceraſia Hiſpanica, Lob. Tab. Ger.

III. Ceraſa acidiſsima ſanguineo ſucco.
Ceraſiorum primum genus, Trag.
Ceraſa auſtera, Matth. (cui & acidorum tertium genus) Caſt. Lugd.

Hæc in altiore arbore proveniunt, & longiſſimum pediculum habent, ex quibus communiter noſtrates (qui Weichſeln vocant) Vinum ceraſorum conficiunt.

IV. Ceraſa craſſa carne dura.
Ceraſa duracina, Plinio.
Ceraſa quæ primo maturitatem ſentiunt, Ruel.
Ceraſor. 4. genus, quæ forte Juliana Plin. Trag.
Ceraſa maroba & duracina, Matth.
Ceraſus altera, Dod.
Ceraſa pulpa duriore, Duracina vocata, Cæſ.
Ceraſia Pliniana, Tab. præcox, Ger.

Noſtri Graffion vocant, quæ vel rubent, una tamen parte albidiore, vel nigricant.

V. Ceraſa carne tenera & aquoſa.
Ceraſa Juliana, Plinio.
Ceraſa aquea, Matth. Tab. Gaſconia, Ger. ico.
Ceraſa pulpa aquoſa, Cæſ.

VI. Ceraſa alba dulcia.
Ceraſia dulcia, Trag.

VII. Ceraſus major ac ſylveſtris, fructu ſubdulci, nigro colore inficiente.
Ceraſa Actiana, Plinio.
Ceraſia nigra, Trag. Tab. Ger.
Ceraſa Corbine, quod Corvorum modo nigricent, an Cæciliana Plinij, Matth.
Ceraſus prior, Dod.

Hæc noſtris ſylveſtria, & à Cordo in Dioſc. Ceraſa dulcia dicuntur, & duplicia habentur, rubra & nigra, ex quibus tam viridibus, quam exſiccatis, oſſas conficiunt. Et in Florida Ceraſa ſylveſtria reperiuntur, an his ſimilia?

VIII. Ceraſus pauciſsimis folijs donatus.
Ceraſa ſine folijs, Lob. ico.

IX. Ceraſus hortenſis flore roſeo.
Ceraſi ſpecies major pauciores fructus edens, Lob. icon.
Ceraſus multiflora ſecunda, Tab.
Ceraſus flore pleniſsimo inſtar parvarum roſarum, Cam.
Ceraſus multiflora pauciores fructus edens, Ger.

X. Ceraſus hortenſis pleno flore.
Ceraſus vulgaris duplici flore, Lob.
Ceraſus multiflora prima, Tab.
Ceraſus multiflora fructum edens, Ger.
Ceraſus flore pleno, Eyſt.

XI. Ceraſus folio laurino.
Ceraſus Trapezuntina, Bellon. Geſ. hor.
Laurocerafus, Eid. cult. Geſn. hort. Cluſ. pan. & hiſt. Camer.
Lotus ſecundus Theophraſti, Lugd.

Variat: nam communiter ſub pulpa oſsiculum durum continet: at in eo quem Cluſius Byzantio, Tarbiſon curmaſi, id eſt, Trapezuntiæ dactyli nomine accepit, non nucleus, ſed ſemina bina aut terna, plana, ſpadicei coloris, nullo putamine includuntur.

XII. Ceraſus pumila.
an Ceraſus Macedonica, Plinij.
Chamæceraſus, Matth. Lob. Dod. cui & Ceraſus 4. Lugd. Cluſ. pan. & hiſt. Caſt. Tab. Ger.
Chamæceraſus ſylv. Cord. in Dioſc.
Ceraſus humilis, Geſ. hort. cui & Chamæceraſus, vel Macedonica Ceraſus Plinij.
Chamæceraſus urbana, Geſ. ad Cordi hiſtor.

In horto Stutgardiano, Ceraſum pumilam, ſeſquicubitalem, fructu acidiſsimo, folijs quam in Auſtriaca à Cluſio picta, majoribus & longioribus, obſervavimus, an hæc
Ceraſus Macedonica, Cluſ. hiſt.

XIII. Ceraſus racemoſa hortenſis.
Ceraſus racemoſa, Matth. Lugd.
Ceraſi genus quintum, Dod.
Ceraſa uno pediculo plura, Lob. Lugd. Ger.
Ceraſa uno pediculo binos aut ternos fructus ferens, Cam.
Ceraſiæ ſpecies 1. pediculo plura produces, Caſt.
Ceraſus uno pediculo plura, Tab.

Aliquibus ab uno pediculo terna, quaterna, quinave poma dependent: quædam racematim uvæ modo propendent. hinc duæ figuræ in Lugdunenſi hiſtoria propoſuntur, ſub
Ceraſo ex uno pediculo plura, &
Ceraſo racemoſa.

XIV. Ce-

XIV. Cerasus racemosa sylv. fructu non eduli.
Cerasi folijs arbuscula sylv. Gesn. hort.
Pseudoligustrum, à quibusdam Pseudoagnos, (id est Vitex falsa) Dod.
Cerasus racemosa, Adv. Lob.
Cerasus avium racemosa, Lob. ico.
Cerasia racemosa rubra & nigra, Tab. Ger.
Padus Theoph. Lugd.
Cerasus avium, Clus. hist.
Cerasus racemosa sylv. Eyst.
an Cerasus sylv. Cæs.
πάδος (padus) gaudet vehementer umbrosis, Theoph. 4. hist. 1. nec plura habet.

XV. Ceraso affinis.
an Cerasus sylvestris, Trag.
Mahaleb, Matth. Cast. Lugd. Tab. Clus. hist. & append. 2. lib. 1. Cam. qui addit Chamæcerasum petræam, aut Petrocerasum Gesnerum vocare.
Macalep Arabicum, Cerasi sylv. genus, Bellon. cult.
Macholebum, Cord. hist.
Chamæcerasus Dalechampij, Gesn. ad Cordum & hort. cui & Chamæcerasus Syriaca.
Macaleb, Ang. Lob.
Vaccinium Plinij, Lugd.

Aliquibus Theophrasti λακάρα (Lacara Gazæ, aliqui Lacatham legunt) quam 3. hist. 4. in Macedoniæ plana etiam descendere: & 3. ejusdem 7. auctu facilimam esse scribit. Sic & Plinij lib. 16. cap. 18. Vaccinia, quæ scribit in aquosis provenire, Italiæ in aucupijs satam: Galliæ verò etiam purpurea, tingendi causa, ad servitiorum vestes. Verum & Theophr. & Plinius brevior est, quam ut aliquid statui possit.

Fructus ex Syria advehitur, quámvis in Gallia, Bellonius: in Italia Anguillara: in Helvetia Gesnerus (apud nos rariùs) observârit.

CHAMÆCERASUS SPURIA.

I. Chamæcerasus alpina fructu rubro gemino, duobus punctis notato.
Chamæcerasus montana, Gesn. ad Cord. hist. & hort.
Periclymenum rectum vel mas, Eid.
Chamæcerasus alpigena, Adv. Lob. Lugd.
Xylosteum alterum, Dod. Eyst.
Periclymenum rectum 3. Clusij hisp. (at 4. in hist.) Lugd. Tab.
Chamæcerasus, Cast.
Idæa ficus nostra, vulgo Frangula, Lugd.
an Corno similis frutex in alpibus, quæ Cornus fœmina Theoph. etiam dici posset, Cæs.

Fructus aliquando geminus in uno longo [illegible]diculo rubens, aliquando ex toto coëuntibus [illegible]minibus in bipartito conceptaculo, in quoli[illegible] duo aut tria sine osse.

[illegible]cum Idæam, συκὴν περὶ τὴν ἰδὴν Theop. hist. 17. [illegible] Plinij lib. 15. cap. 18. historia Lugd. censet.

[illegible]um alijs, quasi lignum osseum, ob ligni duritiem dicitur.

II. Chamæcerasus alpina fructu nigro gemino.
Periclymenum rectum 2. Clus. pan. & hist. Lug.
Periclymenum nostrum 2. Sabaudicum, Tab.

III. Chamæcerasus montana, fructu singulari cæruleo.
Periclymenon primum, Clus. pan. rectum 3. Eid. hist.
Periclymenum rectum 4. Tab.

IV. Chamæcerasus dumetorum fructu gemino rubro.
Halimus, Trag. Lon.
Caprifolij tertia species, Dod. gal.
Periclymeno cognatus frutex, Gesn. hort
Xylosteum, Dod. Thal. Cam.
Periclymenum alterum Allobrogum, Cornus fœminæ effigie, Adv.
Periclymenon Allobrogum, Lob.
Peryclimenum rectum fructu rubro, Clus. pan. rectum primum, Eid. hist.
Periclymenum rectum, Tab.
Periclymenum tertium, Lugd.
Xylostium floribus albis vulgatius, Eyst.

Fructus gemelli instar exiguorũ Cerasorum, plerunque æqualis magnitudinis; sæpe altero eorum minore, eo tamen pleno remanente.

V. Chamæcerasus folio aceris.
Chamæcerasus montis Generosi, Ges. hor. Lug.

STYRAX ET NARCAPHTHON.

Στύραξ Diosc. l. 1. c. 79. lacryma est arboris malo cotoneo similis: & Theoph. 9. hist. 7. Styrax ad unguenta utilis est: plura non habet: & Plinio l. 12. c. 25. proxima Judea Syria supra Phœnicem Styracem: gignit: arbor est eodem nomine cotoneo malo similis, lacryma &c. sed de lacryma inter resinas.

I. Styrax folio mali cotonei.
Styrax, Matth. Ang. Lac. Bellon. Lon. Adv. Lob. Caſt. Lugd. Tab. Rauvolff. Cam.
Styrax arbor, Geſn. hort.
Styrax liquida, Caſt. ico.

Serapio fructum tribuit candidum avellanæ majorem, & ex interno nucleo oleum exprimi.

II. Styrax folio aceris: in Prodromo deſcribitur.

III. Storax rubra officinarum.
Styrax rubra, Græcis hodie Maurocapno, Bellon.
Naſcaphtum, Cord. hiſt.
Tegnaine, Italis: Bufuri, Siculis, Guil.

Cortex eſt arboris, quem Thus Judæorum & Thymiama vocant, quo Judæi in ſuffimigijs frequenter utuntur.

an Νάσπαφθον ſive νάρπαφθον Dioſcoridis libr. 1. cap. 22. quod ex India defertur corticoſum, mori libro ſimile, quod jucundi odoris gratia ſuffitur.

Narcaphthon Dioſcoridis, Lignum aquilæ Luſitanis dici, Amatus ſcribit.
Nucis moſchatæ eximum corticem, Narcaphthum Dioſc. cenſet, Cæſ.

IV. Frutex rotundo argenteo folio Cyani flore.
Pulcherrimus frutex, Honor. Belli ep. 2. ad Cluſ. à quo ex Creta accepimus.
Cyanus fruticoſus Candiæ, Ponæ Ital.

ARIA ET HAMAMELIS.

Aria Theoph. 4. hiſt. 8. ſimilis ex toto eſt Lauro: 5. hiſt. 4. materies duriſſima eſt, ut Roboris: 5. hiſt. 5. & natura perpetua eſt: 5. hiſt. 10. carbones optimos ejus ſpiſſiſſima materies facit.

I. Alni effigie lanato folio major.
Aria & Metallum Italorum, Ang. Lugd.
Sorbus torminalis Gallorum Aliſier, Bellon.
Sorbus alpina vel piloſa, Geſn. hort.
Aria Theoph. effigie Alni, Adv. Lob.
Aria Theophraſti, Tabern. Cam. qui lanatam Cordi vocat.
Sorbus Aria cognominata, Cluſ. pan. & hiſt.
Sorbi torminalis alterum genus, Cæſ.

II. Alni effigie lanato folio minor.
Ἀμαυλὶς & ὁμαυλὶς, Athenæo.
Dioſpyros quæ Sorbis cognata videtur, Geſn.
Pyraſter Idæus vel petræus, Eid. append.
Myrtomelis, Eid. in epiſt.
Codomalo Cretenſium, Bellonio.
Amelancher Galloprovinciæ montanæ, Adv.
Amelanchier, Lob.
Vitis Idæa 3. Cluſ. pan. & hiſt. 4. Tab.
Hamamelis Athenæi, Lugd.
Bagolæ quaſi bacculæ alterum genus, Cæſ.

Duplex eſt, alia folijs obtuſis & latioribus altera acuminatis & anguſtioribus.

COTONASTER ET CHAMÆMESPILUS.

I. Cotonaſter folio oblongo ſerrato.
an Agriomelea, Bellonij.
Cotonaſter forte Geſneri, Cluſ. pan. & hiſt.

II. Cotonaſter folio rotundo non ſerrato.
Cotonaſter & Cydonago, Geſn. in epiſt.
Epimelis altera, Lugd.

III. Chamæmeſpilus Cordi, Thal. Cam.
Chamæmeſpilum, Geſn. ad hiſtor. Cordi. Lob. ico.
Chamæmeſpilus Geſneri, Cluſ. pan. & hiſt.
Epimelis, Lugd. qui Dioſcoridis vult, & ſpilum Anthedon, Theoph. 3. hiſt. 12.

Forte eadem cum priore: quamvis illa ſit majoribus, nec baccis adeo rotundis.

CASPARI BAVHINI PINACIS THEATRI BOTANICI LIBER DVODECIMVS.

SECTIO PRIMA.

MESPILUS; BERBERIS; GROSSULARIA ET RIBES; SAMBUCUS ET EBULUS; FICUS; SYCOMORUS; MORUS; ARBUtus; Laurus; Tinnus; Laureola; Chamelæa; Thymelæa: Cneoron & Nerion.

MESPILUS.

Mespilus arbor, Græcis μέσπιλος & μεσπίλη: fructus μέσπιλον dicitur. Cujus Dioscorides l.1.c.169. & 170. duo genera facit, alterum quod à nonnullis Ἀρωνία vocatur, spinosa est, folijs similibus πυξακάνθη: fructum fert exiguo malo similem, suavem, continentem tria ossicula, à quibus nonnulli τρίκοκκον appellant. Alterum genus in Italia nascitur, quod nonnulli ἐπιμηλίδα, alij Setanium nominant: arbor est malo similis & folijs, nisi quod minoribus: habet verò fructum rotundum, esculentum, latiore umbilico. At Theoph.3. hist.12. Mespili tria genera, ἀνθηδὼν, σατάνειος, ἀνθηνοειδὴς (anthedon, satanea, gallica) ut Idæi dividere consuevêre. Fert Satanea fructum grandiorem, candidiorem, laxiorem & qui nucleos habet molliores: reliquis minor est fructus, odoratior, &c. flos omnibus Amygdalæ, sed utcunque pallidus. Anthedon haud procera est arbor, in orbem comosa, folio valde fisso, Apio in extrema parte simili, majoribus incisuris rigido, &c. fructu ex longo ac tenui pediculo pendulo, qui antequam folia decidant vehementer rubet, &c. Plinio l.15.c.20. Mespilis tria genera, Anthedon, Setania: tertium degenerat, tametsi Anthedoni similius est, quod Gallicam vocant, &c.

I. Mespilus Germanica folio laurino non serrato: sive Mespilus sylvestris.
Mespilus Setania sive Satania, Theoph. & Plin.
Mespilus altera quæ Epimelis Dioscoridi, sic dicta, quod ubi sponte provenit semper malum agrestem vicinam habeat.
Mespilus, Brunf. Trag. (qui Cratægum Theop. censet) Tur. Ges. hort. Lon. Ad. Lob. Dod. Cæs.
Mespilus altera, Matth. in edit. cum magnis figuris, Dod. gal.
Mespili altera species sponte proveniens, Cord. in Diosc.
Mespilus vulgaris, Clus. hist. Cam. ep.
II. Mespilus folio laurino major.
Mespilus fructu præstantiore, Trag.
Mespilus altera sativa, Cord. in Diosc.
Mespilus oxyacantho insita, Dod.
Mespilus domestica, Lob. ico.
Mespilus setanea, majoribus vulgari fructibus, Gamer.
Mespilus setanea insitione mitior facta, Lugd.
Hæc insitione in Pyrum sylvestrem, maximè Cynosbatum, sive Oxyacanthum, mitescit, pomum majus edit, nec spinis horret: & singula mala, ut & prioris quinos nucleos complectuntur, nisi fortè interdum præter naturam, aut plures aut pauciores contineat.

III. Mespilus Italica folio laurino serrato.
Mespilus altera, Matth. edit. 2. & ico. Lac.
Mespilus setania, Ang. Lugd.
Mespilus altera, Cast.

IV. Mespilus Virginiana colore rutilo.
Mespilus, qui colore est rutilo ut cerasa & valde dulcis, part. 1. Ind. occid.

V. Mespilus fructu albo.
Mespilus colore albo mali magnitudine, Scalig. Lugd.

VI. Mespilus Apij folio laciniato.
Mespilus Aronia, Dioscoridis.
Anthedon Theoph. & Plinij.
Paliurus Africana, Ruellio.
Mespilus prima, Matth. Lac. Cast.
Mespilus Aronia, Dod. ut: Ang. Bellon. Gesn. hort. Adv. Lob. Lugd. Tab.
Mespilus propriè dicta, quæ tricoccos, Cord. in Dioscorid.

Paliurus Africana vinoſa, Geſn. hort.
Azarolus, Cæſ. Caſt.
an Meſpilus Gallica, Cam.

Hæc ſpinoſa eſt, ſed ubi magis domeſtica, ſpinis caret, etiam Theophraſto monente.

VII. Meſpilus Apij folio ſylv. non ſpinoſa, ſive Sorbus Torminalis.
Sorbi quartum genus, Trag. Cord. in Dioſc.
Sorbus torminalis, Matth. Cord. hiſt. Geſ. hort. Turn. Dod. Lon. Adv. Thal. Cæſ. Tab. Cam.
Sorbus torminalis Plinij, Lob. Cluſ. hiſt.
Cratægus Theophraſti, Ang. Lugd. qui duplicem figuram habet, ſub eodem titulo.
Meſpili Aroniæ ſylv. ſpecies, Geſn. hort.
Sorbi ſylv. altera ſpecies, Caſt.
Hypomelides Palladij, quibuſdam.

Κράταιγος ἢ κράταιγον, Theophraſto 3. hiſt. 15. folium habet Meſpili (ſcilicet Aroniæ) rigidum, ſed majus, latius, longius, ejus modo laciniatum: arbor eſt non admodum procera, nec craſſa: lignum varium, ſolidum, flavum, &c. fructus ejus eſt magna ex parte rotundus, qui matureſcens flaveſcit & utrumque nigreſcit, ſucco & guſtu meſpili: quare ſylv. Meſpilus videri poteſt. Plinio l. 15. c. 21. Sorborum 4. genus torminale appellant, remedio tantum probabili, aſſiduum proventu, minimumque pomo, arbore diſſimili, folijs pene Platani: & l. 27. c. 8. Theophraſtus arboris genus intelligi voluit Cratæogonon ſive Cratæogona, quam Itali Aquifoliam vocant.

VIII. Meſpilus apij folio ſylv. ſpinoſa ſive Oxyacantha.

Ὀξυάκανθα arbor eſt ſimilis Pyraſtro, minor verò & ſpinoſa valdè: fructum fert Myrto ſimilem, plenum, rubrum, fragilem, intus nucleum habentem, radicem multifidam & profundam, Dioſcoridi, l. 1. c. 122.
Meſpili 3. genus Plinij videtur: interdum ait, degenerat, tametſi Anthedoni ſimilius eſt, quod Gallicum vocant. Theophraſtus Anthenoidem nominat, quaſi ſpeciem Anthedonis.
Cynosbatos Theophraſti, Trag. Lon.
Oxyacantha, Matth. Lac. Tur. Bellon. Ad. Lob. Rauvvolff. Cæſ. Lugd. Tab. Cam. Thal.
Oxyacantha Dioſcoridis, Dodon. gal. Cord. in Dioſc. (& Latinis veteribus ſimpliciter Spina) Geſn. hort.
Sorbus aculeata, Cord. hiſt.
Spina acuta quorundam, ſpina alba vulgo, Ang.
Spina appendix Plinij (& ejuſdem Spina ſimpliciter) Geſn. hort. Cluſ. hiſt. cui & Oxyacantha vulgaris.
Meſpilus ſylveſtris, Caſt.

In hanc Meſpilus optimè inſeritur.

IX. Oxyacantha Dioſcoridis, ſive Spina acuta pyri folio.
Oxyacantha legitima, Ang.
Pyracantha, Adv. Lob. Cluſ. hiſt.
Rhamnus tertius Dioſc. Lob. ico.
Acuta ſpina, Caſt.
Uva urſi Galeni, Lugd.

X. Meſpilo ſimilis fructus venenatus.
Arbuſculæ in littore, quarum poma meſpilis noſtratibus ſimilia, Lerio part. 3. Ind. occid. c. 12.

XI. Meſpilo ſimilis fructus fuſcus.
Fructus octavus ex navigat. Batav. Cluſ. exot. lib. 2. cap. 15.

BERBERIS.

ANN apud Theoph. 3. hiſt. 17. arbor circa Idam proveniens, quam Colyteam vocant, genus aliud frutico, ramoſum, aloſum, invenu rarum, folio laurino, ulmeo ſimili, oblongius tamen: colore parte alter herbido, tergo autem albido, nervoſoq3, cortice non levi, ſed quaſi vitis veſtitur: ligno dura ſpiſſoq3, radici majorem in modum flava, &c. Spina appendix eſt appellata, quoniam bacca puniceo colore in ea appen… vocantur. Plin. lib. 24. cap. 13.

I. Berberis dumetorum.
Berberis, Brunf. Dod. gal. Turn. Geſn. hort. Lac. Lon. Adv. Lob. Caſt. Lugd. Rauvvolff. Cam. cui & Amirbaris Avicennæ.
Berberis vulgaris, Bellon. cult. Cluſ. hiſt.
Spina acida, Brunf. 4. Dod.
Oxyacantha, Hermolao, Ruel. (cui & Spini vineta) Trag. Fuch. Eyſt.
Oxyacantha Galeni, non Dioſcoridis, Cord. in Dioſcorid. Tabernæm.
Creſpinus, Matthiol. Cæſalp. cui & Kibes Serapionis forte.
Oxyacanthus Galeni, Cam.

II. Berberis ſine nuci …
Berberis ἄκανθος, Cluſ. hiſt.

III. Berberis alpina Cretica.
Lycium Creticum, Hon. Belli epiſt. 1. ad Cluſ. & Ponæ; hoc ab utroque accepi.

GROS-

GROSSULARIA ET RIBES OFFICINARUM.

Theophraſtus 3. hiſt. 17. poſt Rhamnos, Ιο & (æquum Gaza vertit) vel ut alij æſos memorat, his verbis: Aequorum alia candida, alia nigra: & flos fructuſq; utriq; pro ratione diſcriminis, alius candidus, alius niger: nonnulli etiam medij quodammodo ſunt, quibus flos in purpura candicans: nec enim fulvus, nec exalbidus eſt, &c. Ιſmen candidum, nonnulli Uvam criſpam exiſtimant: hac ille. Uvam criſpam ab intortis & veluti criſpis foliis & acinis quos producit, vocant.

I. Groſſularia ſimplici acino, vel ſpinoſa ſylveſtris.
Uva criſpa. Trag. Dod. ut: Fuch. Geſ. hort. Lon. Ad. Lob. (cui Vitis precia Plinij) Tab.
Uva ſpina, Matth. Lac. Cæſ. Caſt.
Groſſularia, Ruellio, Bellon. Thal. alba, Lugd.
Criſpina uva, Cord. in Dioſc.
Rocella Cardano l. 6. de var. rerum.
Ceanothus ſpina, Theoph. 4. hiſt. 11. vel Ceanothus aſper, Geſ. hort.
Groſſularia vulgatis, Cluſ. hiſt.
Fructus maturus flaveſcit, nonnunquam ſubrubet.

II. Groſſularia ſpinoſa ſativa.
Uva criſpa fructu Ceraſi magnitudine, Geſ. hor.
Groſſularia majore fructu, Cluſ. hiſt.

III. Groſſularia ſpinoſa ſativa altera foliis latioribus.
Groſſul. fructu obſcurè purpuraſcente, Cluſ. hiſt.
Eſt & fructu ex atrocæruleo, frutice leviuſculis ſpinis armato; alia fructu hirſuto.

IV. Groſſularia ſimplici acino cæruleo non ſpinoſa, nunc in hortis habetur.

V. Groſſularia multiplici acino ſive non ſpinoſa hortenſis nubra, ſive Ribes officinarum.
Ribes hortenſe, Trag. vulgaris fructu rubr. Eyſt.
Ribes vulgaris domeſtica, Matth. Caſt.
Ribes, Fuch. Lon. Lac. Tab. rubra, Ad.
Ribes vulgo, Ang. Bellon. Cæſ.
Uva urſi, Dod. gal.
Ceanothus levis, Geſ. hort.
Ribeſium fructu rubro, Dod.
Ribes Arabum, Lob.
Groſſularia rubra, Lugd.

VI. Groſſularia hort. majore fructu rubro.
Ribes rubro flore, foliis & fructu majoribus, Cluſ. pan. & hiſt.
Ribes baccis majoribus, Camer.
Ribes [illegible] fructu rubro, Eyſtet.
Cultura aliquando in arbuſculam abit, & acinis avellana majoribus acidiſsimi ſaporis Florentiæ viſam, Geſnerus lib. de hortis refert.

VII. Groſſularia diſtinctis baccis.
Ribes monocarpos, Cluſ. hiſt.

VIII. Groſſularia hortenſis fructu margaritis ſimili.
Ribes vulgaris fructu albo, Cluſ. hiſt.
Ribes fructu albo, Eyſt.

IX. Groſſularia vulgaris fructu dulci.
Ribes candidioribus foliis, Lob. obſ.
Ribes vulgaris fructu dulci, Cluſ. pan. & hiſt.
Ribes minor fructu rubro, Eyſtett.

X. Groſſularia ſylv. rubra.
Ribes ſylv. Matth. Geſ. app. Lon. Caſt. Cam.
Ceanothi levis genus ſylv. Geſ. hort.
Groſſulariæ rubræ genus ſylv. Lugd.

XI. Groſſularia non ſpinoſa fructu nigro.
Ribes ſylveſtre, Trag. Thal.
Ribes nigrum, Dod. gal. nigra, Ad. Lob. icon. Tabern.
Amomum falſum & Pſeudoamomum, Geſ. hor.
Ribeſium fructu nigro, Dod.
Ribes vulgaris nigro fructu, Cluſ. hiſt.
Ribes baccis nigris, Cam. fructu nigro, Eyſt.
Frutex Ribi ſimilis fructu nigro, an arbor Piperis in Italia Plinij, myrto ſimilis, Cæſ.
Groſſularia nigra alijs Pipirella, Lugd.
Variat baccis minoribus & majoribus.

XII. Ribes Arabum foliis petaſitidis.
Ribes Arabum cum ſuis capreolis, Rauvvolf. & Lugd. app.
Ribes legitima Arabum, Cluſ. hiſt.
Ribes Serapionis, Cam. hort.
An idem cum hac,
Ribes Serapionis foliis oxylapathi, Bellonio de coniferis, Dodon. & Lugd.

XIII. Ribes Rauvvolfij congener planta, Cluſ. ex. l. 4. c. 21.

SAMBUCUS.

Sambucus, quæ Græcis ἀκτὴ, ſic videtur Hermolao, à Sambuca, muſico inſtrumento, quod, alij pectida, alij magadin vocant: & hoc ab auctore cui nomen Sambyx fuerit: Sabucus Q. Sereno.

Genera

Genera duo Dioſcoridi l.4. c.174. & 175. unum quod in arborem aſſurgit, &c. alterum genus χαμαιάκτι vocatur, idq; humile atq; longè brevius, & ad genus herbaceum accedens, &c. Theoph. 3. hiſt. 13. Sambucum arborem pluribus verbis deſcripſit: verùm utriuſq; deſcriptiones, tanquam arboris notiſſimæ præterire lubet. Plin. l.24.c.8. utriuſq; meminit, addens Sambucum habere alterum genus magis ſylv. quod Græci Chamæacten, alij helion (id eſt, paluſtrem) vocant multo brevius, &c.

I. Sambucus fructu in umbella nigro.
Sambucus, Brunf. Matth. Fuch. Dod. ut: Cord. in Dioſc. Bellon. Geſ. hort. Tur. Lac. Lon. Lob. ico. Cæſ. Tab.
Sambucus vulgaris, Trag. Thal.
Sambucus fructu in umbella, Ang.
Sambucus domeſtica, Caſt.
Sambucus campeſtris ſive vulgaris, Cam.
Arbor aliquando, aliquando frutex eſt.

II. Sambucus fructu in umbella viridi.
Sambuci aliud genus, Trag.
Sambuci altera ſpecies, Dod. ut:
Sambucus fructu albo, Lob. ico.
Variat baccis viridibus, in alijs albis, vel ex albo floreſcentibus.

III. Sambucus racemoſa rubra.
Sambucus ſylv. Trag. Lon.
Sambucus montana, Matth. Geſ. hor. Caſt. Cam.
Sambucus racemoſa, Ang.
Sambucus tertia, Tur. 4. Dodon.
Sambucus montana racemoſa, Ad. Lob. ico.
Sambucus montana ſeu ἐρυθροστάφυλος, Thal.
Sambucus ſylv. ſive montana, Lugd.
Sambucus cervina (quòd hujus folia cervus maximè expetat) Tab.
Sambuci genus aliud minus, Cord. in Dioſc.
Sambuci alterum genus, Cæſ.
an πυγὸν, Theoph. l.3. c.4. montibus autem propria, quę in planis naſci nequeunt, abies, pinus, picea, aquifolia, tilia, carpinus, pygus &c. quam poſtremam arborem Gaza in ſua tranſl. omiſit, an Sambucus montana Plinij, quam in montibus naſci tradit.

IV. Sambucus laciniato folio.
Sambus folijs laciniatis, Lob. Lugd.
Sambus lacinioſo folio, Dod.
Sambucus laciniata, Tab.

V. Sambucus humilis ſive Ebulus.
Chamæacte, Dioſcoridi.
Ebulus, Brunf. Trag. Matt. Fuch. Ang. Tur. Lac. Bellon. Ad. Lob. Caſt. Cæſ. Lugd. Tab.
Ebulus ſive humilis Sambucus, Dod. ut:
Ebulus ſive parva Sambucus, Cord. in Dioſc.
Ebuli & Sambuci alterum genus, Lon.

VI. Sambucus humilis, ſive Ebul. fol. laciniato.
Ebulus laciniata, Ponæ Ital. qui ex horto Nobilis. Contareni ad me miſit.

VII. Sambucus aquatica flore ſimplici.
an θερμαλος, Theoph. 3. hiſt. 7. inter ſylveſtria radicibus multis conſtat: & 4. hiſt. 1. & umbroſis locis vehementer gaudet, veluti Taxus.
Opulus, Ruellio.
Aceris ſpecies tertia, quæ Platanus aquat. Ang.
Sambucus aquatica, Trag. Matth. Lob. ico. Caſt. Lugd. Thal. Tab. Ger.
Sambucus paluſtris, Dod. ut: Cęſ. fœmina, Cam.
Lycoſtaphylon (id eſt, uva lupina) fœmina, Cord. hiſt.
Sambucus paluſtris, vel aquatica ſylv. quibuſdam Chamæplatanus, Geſ. hor.

VIII. Sambucus aquat. flore globoſo pleno.
Lycoſtaphylus maſcula, Cord. hiſt. Geſ. hor.
Sambucus paluſtr. vel aquatica hortenſis, Geſ. h.
Sambucus roſea, Ad. Lob. ico.
Sambucus paluſtris 2. Dod. mas, Cam.
Sambucus aquatica cultu denſiſsima, Lugd.
Sambucus aquatica polyanthos, Tab.
Sambucus roſea, Ger. Eyſtet.
Floribus eſt pilæ in modum conglobatis, & communiter albis: rarius purpurei coloris, qui
Sambucus paluſtris hortenſ. flor. purpurei coloris, Geſ. hort.
Sambucus roſea fl. purpureo multiplici, Tab.
Sambucus roſea flore purpurante, Ger.

F I C U S.

Ficus arbor, συκὴ Græcis, & fructus συκὰ appellantur. Genera, Dioſcoridi lib. 1. c.183, & 184. & Galeno 8. ſimpl. duo ſunt: alia ficus eſt ſativa, συκὴ ἥμερος: alia ſylveſtris, συκὴ ἀγρία ἢ κότινος. Plinio lib. 15. c.19. Caprificus. Theophraſtus de Ficu, in libris de hiſtoria & cauſis plantarum, plurima habet: qui & Aſſyriam & Indicam & Cyprian (ut & Dioſcorid.) & Caprificum meminit: & Plinius, qui lib.15.cap.18. Ficuum genera viginti novem propoſuit: vel à figura, vel à gente, vel authore derivata, ficus inter pomorum genera referens: & quædam pyris magnitudine æmula eſſe ſcribens: quæ omnia, cùm brevitati ſtudeamus, præterire lubet. Verùm primitiæ fructus,

fructus, tam ſativæ, quam ſylveſtris ὄλωθ@, Latinis Groſſus nominatur: ut ficus ſic cæ in furno, aut ſole exſiccatæ, quæ quibuſdam paſſæ dicuntur, ἰσχάδες, Latinè Caricæ, καρικὰι Aeginetæ: quam vis Carica ficus peculiaris ſpecies ſit in Syria provenientis, ut ex Plinio colligere eſt. Sic ipſa grana in fructu, Græci κεγχραμίδας frumenta Plinius l. 15. c. 19. alij ficaria vocant. Hujus & Mori folijs Antiochæ Bombyces ali, & albæ mori arbores & ficus pumiliones ejus nomine coli, Bellonius ſcribit.

I. Ficus communis.

Ficus, Brunf. Trag. Matth. Ang. Dod. ut: Cord. hiſt. Bellon. Geſn. hort. Lac. Tur. Lon. Ad. Lob. Rauvvolf. Cæſ. Caſt. Lugd. Tab. Ger.

Ficus ſativa, Fuch.

Fructus forma & colore differunt, nonnulli longiores, alij breviores: alij pyri forma, alij ſeſiles ſunt, alij inter hos medij. Colore, albæ, pallidæ, virides, luteæ, purpureæ, ſubrufæ, ex cæruleo ſaturatè purpureæ, nigræ, aliæ deniq; vario colore ſpectantur. Sunt & albæ, quoad pulpam interiorem. Siccarum ſive paſſarum, triplex differentia adfertur, prima in ſportheis, magnisq; corbibus: ſecunda, in ciſtis & ſimilibus ſportis lauri folijs immixtis: tertia, in parvis & turbinatis corbibus è ſparto contextis, Maſſilienſium cognomento, cæteris magnitudine quidem inferiores, ſaporis verò generoſitate ſuperiores. Sic in regno Congiano, eximiæ magnitudinis, magnaq; copia: maximæ verò in Inſula S. Helenæ. Tria Ficuum genera (ut rectè Scaliger in Theoph. 5. cauſ. plant. 1.) ferr Ficus: unum, valde tempore præcocem, quem idcirco Græci πρόδρομον quaſi præcurſorem vocarunt, atque is edendo eſt, Bolas Veneti vocant, Galli Florones: Columella, communi voce, priorem fructum: Plinius, præcoces. Aliud genus eorum eſt, quod poſtea prodit, cujus duæ ſpecies ſunt: una quæ maturatur, Ficum dicimus, Græci ὄθονον: altera ſemper cruda eſt, & prius cadit quam abſolvatur: eos Plinius abortus vocat: alio nomine Groſsi dicuntur, Græci ὀλυνθυς vocant.

Variant etiam Ficus in India pro regionum diverſitate: nam in Provincia bonæ ſpei, fructus perpetuò ferunt (part. 8. Ind. Occid.) & in Pe[illegible] ſumma earum ubertas (par. 9. Ind. Occid. l. 4. c. 31.) Addit Joſephus Acoſta l. c. in India Occidentali diverſas eſſe valles, quæ integro anno fructus promant: ſed admiratione dignius eſſe quod in Peru arbores reperiantur, quæ uno ſe[illegible] ex uno latere, altero ex alio fructus protrud[illegible] Mala 13. miliariorum interval-lo à civitate de Los Reyes, Ficus eſt, quæ parte dimidia, quâ Auſtrum ſpectat, frondes & fructus fert, quando in montanis æſtas viget: altera verò pars, contrario anni tempore, cum in planis æſtas eſt, idem cap. 32.

Ficus arbores Monarde referente, ex Hiſpania in Peruanas Provincias delatæ, plurimos & optimos fructus geſtant: & ut folia iſthic non deponant, Deus ſingulariter voluit, quo ſemper præſens remedium adeſſet contra inſecta, quæ Araneæ appellantur, quorum ictibus virulentis, lac ex folijs Ficus manans, bis térve in vulnus inſtillatum, remedio eſt.

II. Ficus humilis.

Ficus pumila, Matth. Dod.

Chamæficus ſive humilis ficus, Lob.

Chamaſyce arbor, Lugd.

III. Ficus ſylveſtris Dioſcoridi.

Caprificus vocatur è ſylveſtri genere Ficus, inquit Plinius libr. 15. cap. 19. nunquam matureſcens, ſed quod ipſa non habet alijs tribuens, &c.

Caprificus, Ang. Cord. in Dioſc. & hiſt.

IV. Ficuum ſpecie fructus Peruanus.

Papaie fructuum genus ficuum ſpecie, 6. part. Ind. Occid. 18. qui & Ficuum exiguorum Tunne nominatarum meminit.

V. Ficui ſimilis arbor fructu oblongo.

Ficus Nigritarum, Theveto, Lugd.

Eſt folio Ficus, fructu pedes duos inſtar Cucurbitæ longo, quem tanquam Melones eſitant.

VI. Ficus prædictæ ſimilis fructu magno Meloni par.

Chiveſ, quod Syriacè Ficum ſignificat, in Inſula Zipangu, Thevet. Lugd.

VII. Arbor Malacenſis multis radicibus prædita.

Arbor contrarijs prorſus facultatibus donata: nam quæ ſolem orientem ſpectat, adverſus omnia venena valet: quæ verò occidentem, venenum præſentaneum ſunt. Ignatio Franciſcano in itin. novi orbis: ex quo Cluſ. in Acoſtam cap. 41.

VIII. Ficus Indica folijs Mali cotonei ſimilibus, fructu ficubus ſimili in Goa.

Ficus Indica Theophr. 4. hiſt. 5. Indica, ait, regio arborem Ficum vocatam ſortitur, quæ è ramis radices demittit ſingulis annis, non ex novel-

lis, ſed ex anniculis, atq; etiam veruſtioribus: illæ ſe terræ conjungentes, ceu ſepem circa arborem faciunt, ita ut veluti tabernaculum condatur, quo etiam morari homines ſolent, &c. Plinio l.12.c.5. Ficus Indica exilia poma habet: ipſa ſe ſemper ſerens, vaſtis diffunditur ramis, quorum imi in terram curvantur, &c. & l.7. c.2. ſub una Ficu turmæ conduntur equitum.
Arbor Indica admirabilis, Straboni.
Ficus Indica, Cluſ. ex Lugd. Tab.
Mangle forte, Oviedi.
an Mangen, Ferd. Lopez.
Arbor de rayz, id eſt, radicoſa, Linſc. part. 4. Ind. Orient. 14. & fig. 12.
Enzada, Pigafettæ, part. 1. Ind. Or. c. 4.
Arbor Goa ſive Indica, Ger.
Ex cortice veſtes conficiunt.

IX. Ficus Indica folio ſpinoſo fructu majore.

Ficus Indica, Matth. Dod. ut: Cardano, Lac. Geſ. Lob. Caſt. Cæſ. Eyſt.
Carduus Indicus & Ficus Indię, Cl. cor. ad Dod.
Pala ſive Ficus Indica, Bellonio.
Tuni ficifera Indorum, Ad.
Ficus Indicæ ſpecies, Tune Indorum, Frag.
Anapallus Bellonij, Cam.
Tunes, Oviedo, Card.
Tune, Opuntia, Lon.
Ficus Indica ſpinoſa, Tab.
Tune & Tunas Indorum, Lugd.
Opuntia vulgo habita, Cam.
Tunal in nova Hiſpania, nonnullis locis Cardi: part. 9. Ind. Occid. l. 4. c. 23.
Tunales qui fructus bonos promunt; & magni qui in India æſtimantur, Tunas vocari ſolent, Idem.
Arbor Nepal: fructus, Nucchti in Inſula Cuba, Ferdi, Correſio, Cardan.

Opuntiam nonnulli credunt, de qua Theoph. 1. hiſt. 12. ſic: huic (Ficui Indicæ) ſimilis eſt, vel potius quodammodo mirabilius, ſi qua ex folij radicem mittat, qualem circa Opuntem herbulam eſſe ajunt, quæ & eſu ſuavis eſt. Plinio l. 21. cap. 17. item circa Opuntem, Opuntia eſt herba etiam homini dulcis, mirumq; è folio ejus radicem fieri, ac ſic eam naſci: Alijs Pala Plinij, & Tala Arriano, Guil.

Colore fructus variat, virides internæ purpurei, cerei, albi variegati.

X. Ficus Indicæ grana.

Cochinillia ſive Grayn vermiculus ſub folio Tunal: par. 8. Ind. Occid. l. 4. c. 13.
Quidam Tunas (id eſt, fructus) nullos gignunt, ſed ſub folijs fructum alium Greyn dictum edunt, vermiculum ſcilicet folijs adhæreſcentem & tenui pellicula obductum, & hæc celebratiſsima Indiæ Cochinillia, qua Grayne colorantur, Idem.
Arbor Cochenille, Claud. Dureto.

XI. Ficus Indica ſpinoſa ſylveſtris.

Cardis ſeu Tunades ſylv. fructum nullum protrudentes: ſi verò proferant, meris ſpinis horrent, part. 9. Ind. Occid. l. 4.

XII. Ficus Indica folio ſpinoſo fructu minore.

Indorum ferruminatrix, Adverſ.
Opuntia oſtocollos, quos artuum fracturis & luxationibus profit: de qua & Author hiſt. generalis Indiarum.
Arbor rupturas conſolidans, Ovied. qui ſuſpicatur Carduum Tunes in hanc arborem transmutari.

XIII. Mippi nonnullis Indis Caiahaba, quæ oſsium fracturis alligata ea ferruminare ſolet, Cluſ. ex l. 4. c. 14.

XIV. Cereus Peruanus ſpinoſus fructu rubro nucis magnitudine.

Cardui ſpecies, quem Chriſtiani Cereum appellant, Oviedo.
Euphorbij arbor Cerei effigie, Ad. Lob. ico.
Euphorbium, Caſt. ico.
Cereus ſpinoſus, Lugd. Ger.
Cereus Peruvianus, Tab.
Stipites ſpinoſi haſtæ altitudine, Linſc. 4. part. Ind. Orient. fig. 21.

XV. Ficus Indica lævis piloſa: hæc ex Creta miſſa: eaq; duplex, altera folio rotundo, altera folio oblongo.

XVI. Ficus Indica humilis: hanc ex horto Doctoris Saltzmanni Poliatri & Profeſſ. Argentinenſis habeo, quæ pedem vix ſuperat, ramis eſt reflexis & veluti repentibus, flore magno, luteo: de qua in hiſtoria.
Ficus Indica minima, alijs Lichen marin. vel Opuntia marina, de By.

SYCOMORUS.

Συκόμορον, aliqui etiam συκάμινον vocant, est arbor magna, fico similis, largo succo abundans, folijs Mori: fructum ter quatérve anno proferens, non è summis ramis, sed è caudice ipso ἐρινεῷ id est, caprifico similem, grossis dulciorem, sine granis interioribus, Diosc. l. 1. c. 181. At Theoph. 1. hist. 1. & 23. συκάμινος ἐν αἰγύπτῳ: peculiaris vel maximè ortus, si quis fructus caudici prosiliat, ut Moro Aegyptiæ: hanc enim ex caudice ferre nonnulli affirmant: alij grandibus ex ramis eam fructificare: & 4. hist. 2. & similis quodammodo moro nostrati est, quippe folio magnitudine aspectuq; proxima: pomum est magnitudine ficus, granis internis carens, &c. Plinio l. 23. c. 8. Mora in Aegypto & Cypro sui generis, largo succo abundant, summo cortice desquammato &c. & l. 13. c. 7. eadem fere quæ Theoph. habet, Ficum Aegyptiam vocans.

I. Ficus folio Mori, fructum in caudice ferens.
Sycomorus, Matth. Dod. ut: Lac. Lon. Ad. (sive Moroficus) Lob. Cast. Lugd. Tab. Ger.
Sycomorus, Ficus Pharaonis, vocant, Bellon. Gesn. hort.
Sycomorus Giumetz appellata, Alpino.
Pothel Theveti, Lugd.
Sycamine Theoph. Cæs.
Ficus Ægyptia, Rauvvolff.

II. Ficus folio Sycomori, fructum non in caudice gerens.
Συκὴ ἐν κύπρῳ gignitur, arbor specie differens, quippe quæ Ulmus cum sit, folia Sycamini refert: fructum verò gerit prunorum magnitudine, & quàm pruna ipsa dulciorem, Dioscorides, lib. 1. cap. 182.
Ficui Ægyptiæ similis quadantenus, quæ vocatur Cypria ficus in Creta: nam & illa in caudice ipso fert pomum, & ramis cum in crassitudinem adolevêre: sed hæc germina emittit sine ullis folijs radicis similia, &c. Plin. l. 13. c. 7.
Ficus Cypria in Sycomori genere, Matth.
Sycomorus in Cypro, Cord. in Diosc.
Ficus cypria, Dioscoridis, Sycomorus Græcorum, Mumeitz Arabum, Rauvvolff. Lugdun. append.

III. Sycomorus folijs minoribus.
Sycomoro similis fructu flavescente sine granis in Mayo insula: 4. part. Ind. or. fig. 19.

IV. Ambulon, Scalig. Lugd. Aruchit insula fert arborem, cujus è cortice fructus exit candidus, saccharite specie, & magnitudine coriandri, Ambulon ei nomen est.

MORUS.

Quæ arbor Μορέα ἢ συκαμινέα Latinis Morus, fructus μόρον ἢ συκάμινον Morum dicitur. Diosc. l. 1. c. 180. arbor est nota: at Theoph. 1. hist. 15. Sycaminos (Morus Gazæ) serotina germine esse solet, sed nihilo tardius quam aliæ folia deperdit: 1. hist. 19. succus vinosus est: 1. hist. 21. flores sunt lanuginei, &c. Plinio l. 15. c. 24. nec alio modo quam pomi magnitudine differunt mora Ostiensia & Tusculana: & l. 16. c. 22. arborum dicta sapientissima, quia novissima urbanarum germinat, nec nisi exacto frigore: quare l. 18. c. 27. cum germinare videris Morum, injuriam postea frigoris timere nolito.

I. Morus fructu nigro.
Morus, Brunf. Trag. Matth. Fuch. Dod. ut: Lac. Turn. Lon. Rauvvolff. Adv. Cæs. Lugd. Tabern. Ger. vulgaris, Cam.
Morus arbor fructu nigro, Gesn. hort.
Morus nigra, Cord. in Diosc. Bellon. Cast.
Morus rubra, Ang.
Morus celsa officinis, Lob.
Celsa quasi excelsa dicitur, ad differentiã Rubi, cujus fructus etiam Mora, sed bati, dicuntur.

II. Morus fructu albo.
Morus alba, Matth. Ang. Gesn. hort. Lac. Adv. Cast. Lugd. Cam. Tab. Ger. Rauvvolff. cui Tut Tripolitanis.
Morus alba, Gallis perperam Sicomorus, Bell.
Morus candida, Cord. in Diosc. Dod. Lob.
Morus primum ex Hispania in Indiam propter bombyces illata; part. 9. Ind. occid. l. 4. c. 32.
Hæc non solum colore & magnitudine, sed etiam sapore à nigris differunt. Folia in hac quando adhuc humilis est, laciniata & altius insecta habet, & non secus in nigra, quæ Chamæmorus augmenti tarditate tantùm à vulgari discrepans, Cam.

ARBUTUS.

Arbutus Dioſcoridi l.1.c.175. κόμαρος, arbor eſt cydonio aſſimilis, tenui cortice, fructum habens pruni magnitudine, nuclei expertem, quem μεμέκυλον vocant, qui ubi maturuit ſubfulvus, aut rubicundus eſt. Theoph. 3. hiſt. 16. Comarus, quæ nemecylum cibo idoneum ferat, magnitudine non nimium præſtat: corticem tenuem tamarici ſimilem habet: folium inter ilicem & laurum: flores ſingulari appendice parte poſtrema racemati cohærent, ſpecie quiſque myrto oblongo ſimilis, non foliatus, concavus, tanquam ovum exſculptum ore aperto, &c. Plinio l.15. c.24. pomum duobus nominibus appellant Graci, Comarum & Memecylon, & apud nos alio nomine Arbutus, &c. & l.23.c.8. Arbutus ſive Unedo, fructum fert difficilis concoctionis.

I. Arbutus folio ſerrato.

Arbutus, Matth. Dod. ut: Bellon. Cord. in Dioſcorid. Geſn. hort. Lac. Turn. Lon. Rauvolff. Cluſ. hiſp. & hiſt. Cæſalp. Caſtor. Lugd. Tabern. Camer. Gerard.

Arbutus Theophraſti, non Dioſcoridis, Ang.

Oinarum & Conarum ſive Arbutus & Unedo Theoph. Guil. pap.

Arbutus ſive Unedo, Adv. (Galeno perperam Epimelis) Lob.

Arbor vaſtæ magnitudinis in Creta, cum alibi fruticet, Bellonio monente: & in fructu differentia, quidam parvi mali magnitudine, rubore magis nigricante, mollior & ſuavior in mediterraneis: quidam avellanæ magnitudine, flavior & aſperior, in maritimis tractibus, Cæſ.

II. Arbutus folio non ſerrato.

Andrachnes, Bellonio.

Ἀνδράχλα Cretenſium, Hon. Belli apud Cluſium.

Adrachne Theophraſti, Cluſ. hiſt.

Ἀνδράχνης (Portulaca aliquando, potulaca Gazæ) folio Arbuto ſimilis eſt, magnitudine non nimium præſtans, cortice albo circumrumpi ſolito, fructum arbuto ſimilem parit, Theophraſt. 3 hiſt. 16. Adrachne ſylv. arbor eſt, ſimilis Unedoni, folio tantum minore, & nunquam decidente, cortice non ſcabro quidem, ſed qui circumgelatus videri poſſit, Plin. l.13.c.22.

Arbuti folio exoticæ.

I. Jambolones, Garziæ.

Jamboloins, Acoſtæ, Frag. Lugd.

Jambolyn, Palud. in Linſc. 4. part. Ind. or. 10.

Arbuſtum ſimile Myrto, Garz. Frag. folijs Arbuti (folijs oxyacanthæ Paludano) fructu olivæ Cordubenſi ſimili, qui muria conditur.

II. Carandas, Garziæ.

Caranda, Frag.

Auzuba, Oviedo, Frag. at Cluſius, Carandæ ferè ſimilem Oviedum deſcribere, ait.

Fructu eſt exiguo malo perſimili, gratiſſimo uvarum ſapore, qui muriâ, etiam aceto, tum in continente, tum in Balagate conditur.

LAURUS.

Daphnem, Ladonis filiam formoſiſſimam fuiſſe, Poëtæ fabulantur, quam cum Apollo deperiret, & ut potiretur celeri curſu fugienti inſtaret, ab eo tandem capta, matrem tellurem precatur, ut in ſinum ſe ſuum reciperet. Votis ac precibus tellus excitata, confeſtim arborem edidit. Re conſpecta deterritus Apollo, arborem gentili nomine donavit, & vulſo ramo ſeſe coronavit. Δάφνη ipſa arbor, & baccæ δαφνίδες Dioſcoridi lib.1. cap.106. dicuntur, qui aliam folio tenuiore, alteram latiore ſcribit: & Theoph. (qui hinc inde multa de Lauro habet) 3 hiſt 12. alia eſt tenuifolia, figura ſimilis Sorbi: & 3. hiſt. 13. latifolia, folium molle atque oblongum habet, ſicut Sambucus: & 3. hiſt. 8. Laurus uvam producit & fructifera eſt, quanquam non omnis ſed genus quoddam, verum ſterilis copioſius, quam maſculam nonnulli appellant. Plinius lib.15. cap.13. Lauri genera tradens, meminit ejus quam Muſtacen vocat, folio maximo, flaccido & albicante. Delphicæ, quæ æquali colore, viridior, maximis baccis è viridi rubentibus. Cypriæ, quæ folio brevi, nigro, per margines imbricato, criſpa. Tini, quæ aliquibus ſylveſtris Laurus, cærulea bacca. Regiæ, quæ ampliſſima & arbore & folio. Baccaliæ, quæ vulgatiſſima eſt, baccarumq; fertiliſſima. Sterilis, quæ triumphalis ſit. Affert & alia genera, nomine potius, quam generis ſocietate communicantia.

I. Laurus latifolia πλατυτέρα Dioſc.

Laurus regia ampliſſima, Plinio.

Laurus latiore folio, Matth. Caſt. Lugd.

Laurus latifolia, Cord. in Dioſc. Bellon.

Laurus regia foliis ad Malum Medicam accedentibus Cæſalp.

Laurus latifolia mas (quæ ſterilis & fœmina)

II. Laurus vulgaris. (Tab.

Laurus, Brunf. Trag. Dod. gal. Geſn. hort. Lac. Lon. Lob. Eyſt.

Laurus tenuifol. Matth. Cord. in Dioſc. Lugd. Caſt. Cam.

Laurus

ubi ematuruit: radix ſupervacua. Plinio l.15. c.30. eſt & Chamædaphne ſylv. frutex: & l.24. c.15. Chamædaphne unico ramulo eſt, cubitali ferè folio tenui, lauri ſimilitudine: ſemen rubens. At Daphnoidem Lauri genus fecit: ſic enim l.15. c.30. Daphnoides frutex eſt ramoſus, craſſiore ac molliore quàm Laurus folio, cujus guſtatu accenditur os atque guttur: baccis è nigro ruſſis: & l.23. c.8. Daphnoides ſylveſtris Laurus eſt.

I. Laureola ſemper virens flore viridi, quibuſdam Laureola mas.
Thymelæa folijs viridibus, Meſuæo.
Laureola, Brunf. Geſn. hort. Dod.
Thymelæa, Trag.
an Chamædaphne, Matth. Lac. Lon. Caſt. cui & Laureola minor.
Daphnoides, Dod. gal. Ang. Geſ. hor. Tab. cui & Daphnoides alterum genus.
Daphnoides ſive Laureola, Adv. Lob. Lugd.
Daphnoides Dioſcoridis, Cęſ. cui & Mezereon, Arabum.

Baccis rubris dicit Matthiolus: nigris in Sileſia Camerarius.

II. Laureola folio deciduo flore purpureo: officinis Laureola fœmina.
Chamælea ſive Mezereon, Trag.
Chamælea Germanica, Dod. ut: Cam. Thal.
Daphnoides, Fuch. Turn. Cam. ep. flore purpureo, Tab.
an Daphnoides, Matth.
Kellerhauf Germanorum, Bellon.
Daphnoides noſtrum vulgare, Geſn. hort.
Piper montanum, Ang. Geſn. hort.
Laureola major, Caſt.
Thymelæa, Cord. in Dioſc.
Daphnis alterum, Lon.
Chamædaphne ſive puſilla Laurus, Adv.
Meſereum Germanicum, Lob.
Laurus puſilla, Eid. icon.
Laureola fœmina & Daphnoides crocea, Lugd.

Alijs Cneorum album Theoph. alijs ejuſdem Daphnoides fructu croci colore: alijs Chamædaphne, id eſt humilis pumiláve Laurus Dioſcoridis videtur: licet Dalechampius Dioſcoridi ignotum fuiſſe cenſeat.

Flore eſt ſubpurpureo, rarius albo: habetur major & minor, hæcque Piper alpinum minus Geſ. lib. de hortis dicitur, ab hoc Cordus voluit granum Cnidium, quod Coccognidium appellatur, colligi: quæ cum maturuerint rubent, reſiccatæ nigricant.

CHAMELÆA.

Χαμελαία, quæ Latinis etiam Chamelæa, quaſi humilis olea, à ſimilitudine cum Olea, & Oleago, & Oleaſtella: Mauritanis & hæc Thymelæa, & præcedens Laureola, Mezereon dicitur. Dioſcoridi l.4. c.172. ramos habet dodrantales, frutex eſt è cremiorum genere, folia habet oleæ ſimilia ac temiora & denſa & amara, quæ guſtum mordent, & arteriam abradunt. At Plinio l.15. c.7. Chamelæa frutex ſurculoſus, non altior palmo, folijs Oleaſtri bacciſq;: & l.24. c.15.

I. Chamelæa tricoccos.
Thymelæa folijs magnis & tenuibus, Meſuæo.
Chamelæa latifolia vel alba, Serapioni.
Chamelæa, Matth. Dod. ut: Lac. Cord. in Dioſc. Bellon. Geſn. hort. & app. Lon. Cluſ. hiſp. tricoccos, in hiſt. Lob. Cæſ. Caſt. Lug. qui figuram Matthioli & Dodonæi exhibet.
Thymelæa, Ang.
Mezereon Arabum, Ad. Lob. ico. tricoccos, Tab.
Chamelæa vera, Cam.

Flores pallidi, aut lutei: Hiſpanica candidior & brevior ipſa Gallica.

II. Chamelæa alpina folio infernè incano.
Chamelæa, Cneorō Galeni, Alypias Aëtij, Ang.
Chamelæa alpina incana, Ad. Lob. ico. Lugd.
Chamelæa incana Bononienſium, Lob.
Chamelæa altera, Cluſ. hiſp. & hiſt.
an Chamelæa altera folio duro, Cæſ.

THYMELÆA.

Θυμελαία, quæ & Latinis Thymelæa, quaſi Tithymelæa, ex Tithymalo & olea mixta facie, quam aliqui Dioſc. lib. 4. cap. 173. ſcribente, Chameleam aut Cneoron vocant, ex quo Gnidium granum, quod ipſius ſemen eſt colligitur: hæc, ut idem, virgas edit ſpecioſas, numeroſas, tenues, bicubitales: folijs Chamelææ ſed anguſtioribus & pinguioribus: floribus candidis, ac inter ipſos fructu ceu myrti parvo rotundo, &c. Plinio lib. 13. cap. 21. & in quo naſcitur granum Gnidium, quod aliqui linum vocant: fruticem verò Thymelæam, alij Chamelæam: eſt ſimilis oleaſtro, folijs anguſtioribus, gummoſis ſi mordeantur, myrti magnitudine, ſemine, colore & ſpecie ſaris, ad medicinæ tantum uſum.

I. Thy-

I. Thymelæa folijs lini.
Thymelæa folijs parvis, Meſuæ.
Chamelæa tenuifolia & nigra, Serapioni.
Thymelæa, Matth. Dod. ut: Lac. Bellon (cui & coccum gnidium) Lon. Cluſ. hiſp. & hiſt. Lob. Cæſ. Caſt. Lugd. qui tres figuras appoſuit.
Thymelæa, Matth. ep. quoad folia, non fructum qui Chamelææ eſt.
Thymelæa vera, Geſn. hort.
Thymelæa grani Gnidij, Ad. Lob. ico.
Thymelæa 1. & 2. Tab. nam Matthioli & Cluſij figuram exhibet.
an Thymelæa folijs lini, Cam.
Κνίδιον (Caſiam Gaza vertit) Theophr. 6. hiſt. 2. eſſe, cujus duo genera propoſuit, Guilandinus voluit, alterum Chamelæam, alterum Thymelæam.

II. Thymelæa folijs acutis capitulo Succiſæ, ſive Alypum Monſpelienſium.
Alypum montis Ceti, ſive herba terribilis Narbonenſium, Adv. Lob.
Alypum Penæ, Lugd. Tab.
Empetron phacoides, Lugd.
Hippogloſſum Valentinum, Cluſ. hiſp. & hiſt. Tabernæm.
an Alypum, Matth. Lac. Cam. Lugd. & Alipia, Lon. quia Pena dicit apud Matthiolum picturam corruptam eſſe.

III. Thymelæa folijs polygalæ glabris.
Sanamunda viridis vel glabra, in Prodromo.
Thymelææ ſpecies Myconi, Lugd.

IV. *Thymelæa folijs Chamelææ minoribus ſubhirſutis.*
Sanamunda prima, Cluſ. hiſp. & hiſt. Rauvvolf. Lob. Caſt. Tab.

V. Thymelæa folijs Kali lanuginoſis ſalſis.
Empetron, Ang.
Sanamunda 2. Cluſ. hiſp. & hiſt. Lob. Caſt. Tab.
Cneoron, Cæſalp.
Cneoron nigrum Myconi, Lugd.
Seſamoides minus Dalechamp. Lugd.
Phacoides Oribaſij quibuſdam, Eid.

VI. Thymelæa folijs candicantibus ſerici inſtar mollibus.
Tartonraire Galloprovinciæ Maſſilienſium, Adv. Lob. ico.
Seſamoides majus multorũ Dalechampij, Lug.
Seſamoides majus Scaligeri, Tab.
Sunt qui cum ſequenti eandem velint.

VII. Thymelæa tomentoſa folijs Sedi minoris.
Sanamunda 3. Cluſ. hiſp. & hiſt. Caſt.
Cneoron Pantij.
Erica Alexandrina, Lob. Tab.
Sanamundas vocat Cluſius, Granatenſes Mauritanos imitatus, quia his ad corpus purgandum frequenter utuntur: & quia Thymelææ facultatibus pollent, huc retulimus.

CNEORON.

Cneorum de multis plantis dici, non modo Plinius lib. 13. c. 21. teſtis eſt, qui Thymelæam Cneoron à quibuſdam appellari ſcripſit: & lib. 21. c. 9. Caſiam ab Hygino vocari: & mox, Cneori duo genera ſunt nigri atq; candidi, hoc & odoratum, ramoſa ambo, florent poſt æquinoctium Autumni: quæ ex Theophr. tranſlata. Sed recentiores alij ad Laureolam, alij ad Chamelæam & Thymelæam: alij ad Roſmarinum, alij ad alios referunt. Theophr. 6. hiſt. 2. Cneoron (Caſiam vertit Gaza) inquit genera duo, unum album, alterum nigrum: albo folium eſt cutaneum, oblongum, figura olea quod immodo ſimile: nigro, quale tamaricis, carnoſum. Album ſupra terram minus ſe attollit, & parum quid olet: nigrum valde odoratum eſt: radix utrius q; in profundum deſcendit magnæ: rami multi, breves & ligneſi, qui à terra, vel paulo ſupra dividuntur, lenti admodum. &c. Et Guiland. Cneorum utrumq; Chamelæam & Thymelæam eſſe, ex Aretæi, Dioſcoridis, Galeni, Aëtij & Plinij traditione ſtatuit.

I. Thymelææ affinis facie externa.
Cneoron, Matthiolo cap. de Cinam.
Cneoron alterum Matthioli } Lugd.
Oleander ſylv. Avicen. Myconi }
Cneorum Matthioli, Cluſ. pan. & hiſt. Cam.
Caſia Matthioli, Chamelææ ſpecies, Tab.
Thymelæa minor, Cord. hiſt.

II. Cneoron album folio oleæ argenteo molli.
Cneorum album Dalechampij, Lugd.
Dorycnium, Imperati.
Dorychnium ex Sicilia, Cæſ.
Dorycnium verum Plateau, Cluſ. hiſt. ap. 1.
Dorycnium quorundam ſeu potius Convolvulus rectus Creticus, Penæ Ital.

III. Cneoro albo affinis.
Dorycnium forte Dioſcoridis, Penæ Ital.

NERI-

N E R I O N.

Νήριον ἢ ῥοδόδενδρον Græci vocant: alij ῥοδοδάφνην, à flore rosæ simili & folijs laurinis: quare Apuleio, Rosa laurea. Rhododendros, inquit Plinius l.24.c.11. quia ne nomen quidem apud nos Latinum invenit, Rhododaphnen vocant, aut Nerium. Dioscor. l.4. c.82. frutex est folijs amygdalinis longioribus & crassioribus, flore roseo & siliqua fructui amygdalino proxima, quæ dehiscens lanosa natura, acanthij pappos repræsentante plena reperitur, &c. Plinio l.16.c.20. Nerion sempiterna fronde, rosæ similitudine, caulibus fruticosum.

I. Nerion floribus rubescentibus.
Nerion, Trag. Cord. in Diosc. Ad. Lob. Tab. flore rubro, Eyst.
Nerium, Matth. Fuch. Dod. gal. Turn. (qui 1. & 2. habet) Gesn. hort. Lac. Lon. Cast. Lugd.
Oleander flore rubro, Ang.
Oleander, Defle circa Tripolim, Rauvvolf.
Rhododendron, Bellon. Ges. hor. Dod.
Oleander, Laurus rosea, Lob. ico.
Rhododaphne, Ges. hort. Cæs.
Nerion sive Rhododaphne, Cam.
In nonnullis Cretæ Insulis ad ædicularum trabes conficiendas aptum est, cum alibi parvum sit, Bellon.

II. Nerion florib. albis: & Lob. Lug. Tab. Cam.
Nerion candidis floribus in montis Idæ convallibus, Bellon.
Oleander flore albo, Ang.
Nerium sive Rhododendron flore albo, Eyst.

III. Nerio similis arbor: & Tab.
Nerij facie arbor, Ad. Lob. Lugd. apud quem titulus transpositus est.

IV. Fructus Nerij siliquæ figura.
Kaye Baka, Clus. exot. l.3.c.19.

SECTIO SECUNDA.

CISTUS; CHAMÆCISTUS; LEDUM; LEDUM ALPINUM.

C I S T U S.

Κίστος, κίσθος καὶ κίσσαρον, Latinis similiter Cistus & Cisthus dicitur, fortasse quod ejus species aliqua κίσσου, id est, Hederæ, folijs rotundis sit.

Genera duo: Cistus non ladanifer, & Cistus ladanifer, qui Ledum dicitur. Cistus Dioscoridi lib.1. cap.126. frutex est ramosus, foliosus, non altus: folia habens rotunda, nigra, hirsuta: flores masculo, veluti mali punicæ, fœminæ verò albi. Plinius l.24.c.10. sic ait, Græci vicino hederæ vocabulo, Cisthon appellant fruticem majorem. Thymo, folijs ocimi. Duo ejus genera, flos masculo rosaceus, fœminæ albus. Verum Plinius Cisthum cum Cisso, id est, Hedera, confundit, Theophrasti 6. hist. 1. lectione immendata, ubi κίσσου pro κίστου habetur, deceptus: & Gaza, Hederam pro Cisto reddidit.

Cistus mas.

I. Cistus mas folio rotundo hirsutissimo.
Cistus mas, Matth. ep. Ang. Tur. Lac. Lon.
Cistus, Cæs. mas 4. Clus. hisp. & hist. Lugd.
Cistus mas folio rotundiore Matthioli, Lugd.

II. Cistus mas folio oblongo incano.
Cistus mas, Ges. hor. Ad. Lob. Cam.
Cistus, Dod. mas 1. Clus. hisp. & hist. Lugd.
Cisti alterum genus, Cæs.
Cistus mas latifolius, Tab.
Flos colore rubro est, eoq; nunc saturatiore, nunc dilutiore.

III. Cistus mas angustifolius.
Cistus mas 2. Clus. hisp. & hist. Lugd.
Cistus mas angustifolius 2. Clusij, Lob.
Cistus mas angustifolius, Tab.

IV. Cistus mas folio breviore.
Cistus mas 3. Clus. hisp. & hist. Lob. Lugd.

V. Cistus mas folijs Chamædrys.
Cistus mas 5. Clus. hisp. & hist. Lob. ico. Lugd.
Cistus mas supinus sinuatis & fimbriatis folijs, Lobel.
Cistus mas tertius, Tab.

Cistus fœminæ.

I. Cistus fœmina folio Salviæ.
Cistus, Cord. in Diosc. Cæs.

Cistus

Ciſtus fœmina, Matth. Dod. ut: Ang. Geſ. hort. Lacun. Turn. Lonic. Adv. Lob. Cluſ. hiſp. & hiſt. Caſtor. Camer. & Lugdun. qui & Matthioli & Cluſij figuram exhibet, ut & Tabernæmontanus.

Ciſtus flore albo, Rauvvolf.

Variat: eſt enim clarior & rectis virgis: eſt & ſupinus humi ſparſus: in utroq; flos candidus, quandoq; luteus ochræ colore.

II. Ciſtus folio plantaginis.

Tuberaria major Myconi, Lugd.

Majorem & minorem Lugdunenſis pingit.

III. Ciſtus fœmina portulacæ marinæ folio, latiore obtuſo.

Ciſtus folio halimi primus, Cluſ. hiſp. & hiſtor. Lugd. Tab.

Ciſtus fœmina folio portulacæ marinæ, ſive Crithmi, Lob.

IV. Ciſtus fœmina portulacæ marinæ folio anguſtiore mucronato.

Ciſtus folio halimi ſecundus, Cluſ. hiſp. & hiſt. Lob. Lugd. Tab.

V. Ciſtus folio ſpicæ.

Ciſtus folio lavendulæ, Cluſ. hiſp. & hiſt. Lob. Lugdun.

Ciſtus, Tabern.

VI. Ciſtus folio Sampſuchi incano.

Ciſtus folio Sampſuci, Cluſ. hiſp. & hiſt. Lob. Lugdun.

VII. Ciſtus folio Stechadis citrinæ.

VIII. Ciſtus folio Majoranæ.

Ciſtus folio majoranæ defluxis floribus, Adv. Lob. icon.

Helianthes ſpecies Penæ, Lugd.

IX. Ciſtus folio Thymi: & Cluſ. hiſp. & hiſt. Lob. Lugd. Tab.

X. Ciſtus folio Salicis.

Ciſtus annuus primus, Cluſ. hiſp. & hiſt. Lugd. an Hydrophyllon herba Athenæi, Cluſ.

Ciſtus annuus folio Salicis, Lob.

Ciſtus annuus, Tab.

Variat: primò folijs amplioribus, floribus majoribus: ſecundò folijs anguſtioribus, floribus minoribus.

XI. Ciſtus flore pallido punicante macula inſignito.

Ciſtus annuus ſecundus, Cluſ. hiſp. & hiſt. Lug.

Ciſtus annuus guttato flore, Ponæ.

Helianthemum flore maculoſo, Colum.

Variat: eſt enim flore maculoſo, macula ex nigro ruffeſcente, ſive puniceo: vel non maculoſo.

XII. Ciſtus Ledi folio.

Ciſtus annuus folio Ledi, Lob. Tab.

Ciſtus annuus alter Lobelij, Lugd.

Alyſſum trigonum, Eidem.

XIII. Ciſti folio arbor exotica.

Arbor exotica Ciſti folio, *Ad. Lob. ico.*

Ciſti vel Ledi arbor peregrina Penæ, Lugd.

Arbor ciſti folio, Lob.

Ciſti folio exotica arbor, Tab.

Ciſtus exotica, Ger.

HYPOCISTIS.

CUm è Ciſti radicibus, veluti germen quoddam expullulet, id quod Hypociſtis dicitur, de eo paucis. Ciſti, inquit Dioſc. l. c. 127. radicibus adnaſcitur, quòd ὑποκιστὶς dicitur, nonnullis ῥόδανθον, ἢ ἄνθινον, & mali punicæ cytino ſimile eſt: quædam rufa: altera herbacea, tertia candida cernitur.

Hypociſtis ſub Ciſto.

Hypociſtis, Matth. Dod. gal. Ang. Cord. in Dioſ. Lon. Caſt. Cæſ. Cluſ. hiſp. & hiſt. Ad. Lob. Lugd. Tab. Gerard.

Limodori genus, quod Hypociſtis, Dod.

Succus qui extrahitur, etiam Hypociſtis & officinis Hypociſtidos, dicitur.

Sub Ciſto Hiſpanico, rubram: ſub Ciſto folio halimi, luteam: & ſub Ledo quem octavo loco recenſuimus, varij coloris, palleſcente, lineis purpuraſcentibus & nonnihil vireſcentibus diſtincto Cluſius notavit: & hanc poſteriorem αἱμοδώρου ſive Cynomori genus nuncupat.

CHAMÆCISTUS.

I. Chamæciſtus vulgaris flore luteo.

Hyſſopus campeſtris, Trag.

Panax Chironium, ſive flos ſolis, Matth. Caſt. Lugdun.

Panax Chironium quorundam, Ang.

Gratia Dei, Dod. gal. Geſn. hort. cui & Hyſſopoides.

Helianthemum, Cord. hiſt. Lob. Thal. flore luteo, Eyſtet.

Conſolida aurea Chirurgis, Cordi ſchol.

Hyſſopus montanus ſive ſylv. Lon.
Flos ſolis, Dod. (cui & Ciſti & Ledi quædam ſpecies) Caſt. Cam.
Helianthemum vulgo dictum, Cluſ. hiſp.
Helianthemum Plinij, Cluſ. pan.
Chamæciſtus primus, Cluſ. hiſt. qui ad Ciſti fœminæ tertiam claſſem reducit.
Helianthemum Germanicum ſecundum, Tab.
Helianthemum ſive flos ſolis, Lugd.
Chironia, Cæſ.

Hoc quibuſdam Panax Chironium Dioſcor. creditur. παναξες χειρώνιον folia habet amaraco ſimilia, flores aureos, radicem tenuem, neq; altam, guſtu acrem: ſic Dioſcorid. lib. 3. cap. 37. Ab alijs Helianthe Plinij lib. 24. cap. 17. cenſetur: Helianthen ſcribit vocari in Themiſcyra regione, & Ciliciæ montibus maritimis folio myrti, ſed quid in hac brevitate pronunciare licet?

II. Chamæciſtus vulgaris flore albo majore.
Helianthemon albis floribus, Lob. ico. Eyſt.
Chironia flore candido, Cæſ.
Helenium minus Dioſcoridis, Lugd.

A priore differt floris colore albo, ejusq; magnitudine, Ladani ſpecie.

III. Chamæciſtus Friſicus folijs Nardi Celticæ.
Hirculus Friſicus Dortmanni, qui Chamæciſti genus, Cluſ. cur. poſt.

Hunc à Dortmanno quoq; accepimus.

IV. Chamæciſtus folijs minoribus & incanis.
Flos ſolis, Lob. Dod. utriq; quoad iconem.
Ciſtus humilis primus, Cluſ. hiſp.
Helianthos ſive Flos ſolis, Ad.
Ciſtus parvus Cluſij, Lob.
Chironiæ aliud genus, Cæſ.
Chamæciſtus quintus, Cluſ. hiſt. ico. at 4. deſcr.
Helianthemum ſecundum ſativum, Tab.
Helianthemum Anglicum luteum, Ger.

V. Chamæciſtus folijs Thymi incanis.
Panax chironium minus, Cam. ep.
Chryſanthemis, Erica minima, Ad.
Ciſtus humilis anguſtifolius, } Lob.
Erica chryſanthemos minor, }
Ciſtus humilis ſecundus, Cluſ. hiſp. Lob. ico.
Chamæciſtus quintus, Cluſ. hiſt. deſc. at quart. icone.
Helianthemum peregrinũ anguſtifolium, Tabern. Ger.

Huc referatur
Helianthemum Germanicum 3. Tab.
Helianthemum album Germanicum, Ger.

VI. Chamæciſtus quadrifolia.
Helianthemum Sabaudicum, Tab. Ger.

VII. Chamæciſtus folijs myrti minoris incanis.
Chamæciſtus ſecundus, Cluſ. pan. 3. Eid. hiſt.
Ciſtus humilis latifolius, Tab. Ger.

VIII. Chamæciſtus anguſtifolia.
Chamæciſtus primus anguſtifolius, Cluſ. pan.
Chamæciſtus ſextus, Eid. hiſt.
Ciſtus humilis anguſtifolia, Tab. Ger.

IX. Chamæciſtus ſerpillifolia floribus carneis.
an Roſa alpina altera folijs minimis, Geſ. hor.
Alpina altera, Ad.
Anonymus altera, Cluſ. pan.
Chamæciſtus ſeptimus, Cluſ. hiſt.

X. Chamæciſtus hirſuta.
Chamæciſtus quartus, Cluſ. pan. 8. Eid. hiſt.
Ciſtus humilis Auſtriaca, Tab. Ger.

XI. Chamæciſtus repens ſerpillifolia lutea.
Chamæciſtus tertius, Cluſ. pan. 2. in hiſt.
Ciſtus humilis ſerpillifolia, Tab. Ger.

XII. Chamæſtus ericæ folio luteus.
Cori ſimilimus frutex in maritimis, Cæſ.
Erica chryſanthemos, Lugd.
Coris Dioſcoridis Guilandino dicebatur.

Hujus duæ ſpecies altera brevioribus folijs & humilior, altera quadruplo longioribus & elatior.

CISTUS LEDUM.

Ciſti alterum genus, inquit Dioſcorides l. 1. c. 128. à nonnullis λῆδον appellatum, frutex eodem quo Ciſtus modo naſcens, ſed folijs longioribus ac nigrioribus, quæ pingue quidpiam verno tempore contrahunt, ex quo λάδανον conficitur. Plinio l. 12. c. 17. ſunt qui herbam in Cypro ex qua Ladanum fiat, Ledon appellent: etenim illi Ledanum vocant, huic pingue inſidere, &c. Ladanum eſſe æſypum hircorum barbis genibusq; villoſis inhærens, &c. Ladani colligendi rationem Dioſcorides & Plinius l. c. referunt: quomodo verò in Creta colligatur, Bellonius l. 1. obſerv. c. 7. & ex eo Cluſius deſcripſit.

I. Ciſtus

I. Ciſtus ladanifera Monſpelienſium.
Ledum, Matth.ep.Lac.Caſt.Lugd.Tab.
Ladanum, Matth.Ang.Cæſ.Tab.
Ciſti ſpecies ſecunda, Dod.gal.
Ciſtus ladanifera, Turn.
Lada & Ladon ciſto ſimilis frutex, Cord. in Dioſc.& hiſt.
Ledon alterum ciſti genus, Geſn.hort.
Laudanum, Lon.
Ladanum latifolium, Rauvvolff.
Ciſtus ledon, latifolium, Adv.deſc.
Ledum latiore folio Italicum, Cam.
Ciſtus ledum Matthioli, Ger.

II. Ciſtus ladanifera Hiſpanica incana.
Ciſtus ledon, Dod.
Ciſtus ledon primum, Cluſ.hiſp.Lob.Lugdun. Gerard.
Ledi ſpecies Bauhini, Lugd.
Ledon Cluſij 1.Tab.
Ciſtus ledon primum anguſtifolium, Cluſ.hiſt.

III. Ciſtus ledon folijs laurinis.
Ciſti ledi 1.altera ſpecies, Cluſ. hiſp. & hiſtor. Lobel.
Ladanum alterum, Cæſ.
an Ciſtus maritimus, Lugd.

IV. Ciſtus ledon folijs populi nigræ major.
Ledon 2.Cluſ.hiſp.Lugd.Tab.
Ledon latifolium 2.majus, Cluſ.hiſt.
Ciſtus ledon 2.Cluſij, Lob.Ger.

V. Ciſtus ledon folijs populi nigræ minor.
Ciſti ledi 2.altera ſpecies, Cluſ.hiſp.Lugd.
Ledon 2.latifolium minus, Cluſ.hiſt.
Ciſtus ledon populnea fronde alter, Lob.
Ciſtus ledon 3.populnea fronde, Lugd.
Ciſtus ledon populnea fronde, Tab.Ger.

VI. Ciſtus ledon Cretenſe.
an Ciſtus mas, Matthiol. in magnis figur. & Lugdun.
Ciſtus è qua Ladanum in Creta colligitur, Bellon.
Ledon 3.Cluſ.hiſp.Lob.Lugd.
Ledon 3.Cyprium, Cluſ.hiſt.
Plantæ ex qua Ladanum Cretenſes colligunt folijs & floribus ciſti fœminæ, Alp.
Ledon à Græco diverſum & longè majus in monte Olympo, Bellonius notavit.

VII. Ciſtus ledon folio myrti.
Ciſtus ledon latifolium, Adv.ico.
Ciſtus ledon Ruſci aut Myrti folium, Lobel. icon.
Ciſtus ledon aliud latifolium Penæ, Lugd.
Ciſtus ledon myrtifolium, Tab.Ger.

VIII. Ciſtus ledon hirſutum.
Ledon 4.Cluſ.hiſp.& hiſt.Lob.Lugd.Tabern. Gerard.
Ledon alterum anguſtiore folio, Cam.

IX. Ciſtus ledon folijs oleæ ſed anguſtioribus.
Ledon 5.Cluſ.hiſp.& hiſt.
Ciſtus ledon, Adv.
Ledon Narbonenſe, Lob.
Ciſtus ledon Narbonenſe, Tab.
Ciſtus ledon Lobelij, Ger.
Ciſtus flore albo, Eyſt.
Huic ſimilem ſub
Ciſto adulterino pingunt, Tab.& Ger.

X. Ciſtus ledon anguſtis folijs.
Ledon 6.Cluſ.hiſp.& hiſtor.Lob. (qui in iconibus hunc cum priore junxit) Lugd.
Ledum quintum, Cluſij, Lugd.Ger.
Ledon Cluſij nonum, Tab.

XI. Ciſtus ledon folijs roriſmarini hiſpidis.
Ledon 7.Cluſ.hiſp.& hiſt.Lob.Lugd.Tabern. Gerard.

XII. Ciſtus ledon folijs roriſmarini ſubtus incanis.
Ledon octavum, Cluſ.hiſp.& hiſt.Lob.Lugd.
Ladani ſpecies folijs Roſmarini, Rauvvolff.
Ledum Cluſij quintum, Tab.
Ciſtus ledon ſextum, Cluſij, Ger.

XIII. Ciſtus ledon folijs roriſmarini ſed non incanis.
Ledon nonum, Cluſ.hiſp.& hiſt.Lob.Lugd.
Ledum Cluſij ſextum, Tab.

XIV. Ciſtus ledon folijs Thymi.
Ledon decimum, Cluſ. hiſp. & hiſt. Lob.Lugd. Gerard.
Ledum Cluſij octavum, Tab.

XV. Ciſtus ledon folijs roriſmarini ferrugineis.
Roſmarinum ſylv.Matth.Caſt.
Chamæpeuce, Cord. in Dioſcor. & hiſtor. deſc. Lugdun.
Ledum folijs roſmarini alterum, Lob.
Ledum Sileſiacum, Cluſ.pan.& hiſt.Tab.Ger.
Ledum roriſmarini folio, Tab.Ger.
Roſmarinum ſylv. ſive Bohemicum Matthioli, Lugdun.

Roſmarinus ſylv. Dod. belg.

XVI. Ciſtus ledon folijs ſalicis anguſtifoliæ.

Chamærhododendros montana Allobrogum lentiſcifolia, Adv. Lob. ico.

Roſmarinum ſylv. minus, Cam. ep.

Roſmarinum ſylv. ἄσσμ& } Cluſ. pan. & hiſt.

Ciſtus Sileſiacus }

Chamærhododendros alpina anguſtifolia, Tabernæm.

Chamærhododendros montana, Ger.

XVII. Myrtociſtus Pennæi, Cluſ. pan. & hiſt. Gerard.

Myrtociſtus Cluſij, Tab.

Ledum alpinum.

I. Ledum alpinum hirſutum.

Alpigenæ Chamærhododendri varietas, Lob.

Balſamum alpinum Geſneri, Lob. ico. Tabern. Camer.

Ledum alpinum, Cluſ. pan. & hiſt. Tab.

Ciſtus ledon alpinum, Ger.

II. Ledum alpinum, folijs ferrea rubigine nigricantibus.

Frutex in alpibus roſeo flore, Geſn. ad Cordum cap de Chamænerio.

Roſa alpina, Geſ. hort. & Fracto, potius Ledum alpinum.

Nereum alpinum, Geſn. de lunar.

Chamærhododendros alpigena odora, Ad. Lob.

Ledi alpini genus alterum, Cluſ. pan. & hiſt.

Rhododrendron alpina quibuſdam, Cæſ.

Evonymus Theophraſti 3. hiſt. 18. Lugd.

Chamærhododendros alpina latifolia, Tab.

Chamærhododendros alpigena, Ger.

Hujus ramis tubercula gallarum inſtar adnaſcuntur: & floris colore variat, communiter dilutè rubentis: at in Pyrenæis, flore tantum albo reperitur.

SECTIO TERTIA.

MYRTUS; RUSCUS; VITIS ET RADIX IDÆA; BUXUS; OLEA; SALIX; AGNUS CASTUS; SPIRÆA; Liguſtrum & Phillyrea.

MYRTUS.

Myrtus & Murtus Latinis: Græcis μυρσίνη & μυρρίνη nominatur, à Myrſine Athenienſi puella, pulchritudine & robore inſigni, amica Palladi, quam juvenis ab ea curſu & palæſtra ſuperatus interemit, invidiæ ductus, quod elegantia, cæteriſq; naturæ dotibus, reliquis virginibus præſtaret: arbuſcula in demortuæ locum ſucceſſit, ſemper Minervæ, ut olea chara. Græcum ei nomen remanet, ut Plinius lib. 15. cap. 29. ſcribit, quo peregrinam eſſe appareat. At quibuſdam ſic dicta, propter æmulam Myrrhæ quandam odoris gratiam, quæ in ejus baccis recentioribus, obſervatur. Et Theoph. Myrti pluribus in locis meminit, nulla tamen deſcriptione addita.

Genera Myrti multa ſunt: eſt ſativa & ſylveſtris: ſativa aut nigra aut candida: ſylveſtris alia levis alia ſpinoſa: illa, quæ ſativa opponitur, itidem vel nigra, vel candida. Dioſcoridi haud dubiè cognita, ut cui lib. 1. cap. 155. μυρσίνη ſativa nigra, medicinæ utilior candida: quæ & Plinius lib. 23. cap. 9. habet. Theophraſtus non videtur differentiam agnoviſſe, ſiquidem lib. 6. cauſ. 27. ſcribat, Myrtum Aegypti odoratam eſſe, quanquam cæteræ inodoratæ ſint; verum hoc propter loca fervida evenire. Plinio lib. cit. alia patricia alia blebeia: addens: Catoni tria genera, nigra, candida, conjugalis: nunc & alia diſtinctio, ſativæ aut ſylveſtris & in utraque latifoliæ: in ſylveſtri propria oxymyrſine: ſativarum genera topiarij faciunt. Tarentinam folio minuto, noſtratem patulo, exoticam denſiſſimo, ſenis foliorum verſibus: ramoſa utraque alia: conjugalem exiſtimo nunc noſtratem dici: hæc ille. Bacca μύρτα Græcis, Latinis Myrta & Murta, officinis Myrtilli dicuntur.

I. Myrtus communis Italica.

Myrtus, Matth. Ang. Cord. in Dioſc. Geſn. hort. append. Lon. Cæſ. Lugd.

an Myrtus alba, Adv.

Myrtus communis Italica, Cam.

Alia eſt nigra, colore tantum fructus differens.

II. Myrtus latifolia Romana.

Myrtus noſtras cum conjugali eadem, Plinio.

Myrtus

Myrtus Romana, Matth.
Myrtus major, Dod. gal. Adv.
Myrtus altera, Dod.
Myrtus ſativa, Caſt.
Myrtus laurea maxima, Lob.
Myrtus latifolia, Bellon. Cluſ. hiſp. & hiſt.
an Myrtus exotica Plinij, Cæſ.

Hanc & ſterilem & fructiferã Bellonius notat.

III. Myrtus latifolia Bœtica 1. vel folijs laurinis.
Myrtus Bœtica latifolia domeſtica 2. Cluſ. hiſp. & hiſt.
Myrtus Bœtica latifolia domeſtica, ſive laurea ſecunda, Lob.

Variat: hæc enim folijs eſt minoribus & paulò denſioribus: alia majoribus & paulò tenuiorib.

IV. Myrtus latifolia Bœtica 2. vel folijs latis confertim naſcentibus.
Myrtus Bœtica latif. exotica, Cluſ. hiſp. & hiſt.

V. Myrtus latifolia Belgica.
Myrti claſsis altera ſive latifolia triplex, & Myrtus media, Cluſ. hiſt.

Varietates hujus ſex Lobelius proponit.

VI. Myrtus anguſtifolia Bœtica.
Myrtus exotica, Matth. Caſt. Lugd.
Myrtus tertia, Dod.
Myrtus Bœtica anguſtifolia exotica, Cluſ. hiſp. & hiſt.
Myrtus exotica Plinij pluribus foliorum verſibus, Lob. (vvolff.
an Myrt. baccis magnis cinereo cæruleis, Rau-

VII. Myrtus ſylveſtris folijs acutiſsimis.
Myrtus ſylv. Matth.
Myrti majoris quinta ſpecies, Lob.
Myrtus Bœtica ſylv. Cluſ. hiſp. & hiſt.
Myrtus latifolia, Eyſt.
ſub Myrti ramulo cum flore ac ſemine pingitur apud Dodonæum.

VIII. Myrtus folijs minimis & mucronatis.
Myrtus albis baccis in Aſia, Bellon.
Myrtus domeſtica fructu albo, Cluſ. hiſp. & hiſt.
Myrtus prior, Dod. ico.
Myrtus nona anguſtifolia, Lob.
Myrtus Hiſpanica anguſtiſsimi folij, Cæſ.
Myrtus minima anguſt. folia, Lugd.

Hujus & altera ſpecies, folio per omnia teneriore, exiliore & anguſtiore.

IX. Myrtus minor vulgaris.
Myrtus Tarentina (a Tarento Apuliæ urbe) Matth. Caſt. Lugd. Cam. Cluſ. hiſt. Eyſt.
Myrtus minor, Dod. gal. Adv.
Myrtus minor & Tarentina, Cluſ. hiſp.
Myrtus minor vulgaris, Lobel. qui differentias quatuor facit.
Myrtus, Tab.
Myrtidanum μυρτίδανον Dioſcoridi l. 1. c. 156. eſt quod Myrto adnaſcitur, inæquabile, verrucoſum & concolor: & perinde quaſi manus Myrti caudicem amplectitur. Sed Plinio l. 14. c. 16. & l. 23. c. ult. Myrtidanum eſt vinum, ex ſylveſtris Myrti baccis factum.
Myrti coccus.
Myrti excrementum ſive granum kermeſinum, ejuſdem ferè cum Cocco baphica naturæ, Myrti minoribus ramis adnaſcens, unico animali vivo veſiculæ incluſo, Bellon.

X. Pſeudomyrtus, frutex myrto admodum ſimilis Bellon. quid?

XI. Myrtus Indica.
Avacari, Garz. Frag. Caſt.
In India orientali, in montibus Malavar.

Myrto ſimiles exoticæ.

I. Myrto ſimilis Indica fructu racemoſo.
Coca, Ciecæ, Monard. Lugd. Cluſ. in Garz.
Coca herba, Benzoni part. 6. Ind. occid. l. 3. c. 10. & part. 9. l. 3. c. 20. & l. 4. c. 22. ubi habetur, Indis hujus folia pro pecunia eſſe.
Coca occidentalis, Fragoſo.
Arbor pumila folijs Myrti, vel ut alij Rhois coriariorum, cujus in tota Peru uſus eſt, folio ore deterto, famem & ſitim aliquandiu inter peregrinandum levantes.

II. Arbor triſtis myrto ſimilis.
Arbor triſtis, Garz. Acoſtæ, Frag. Cluſ. ad Garz. Lugdun. (qui & Acoſtæ & Cluſij figuram licet diverſiſſ. exhibet) Tab.
Arbor triſtis, in Malacca Singady alijs pariſatico pul, guart: Turcis, gul: Linſcot. part. 4. Ind. orient. 15.
Arbore triſte de Dia, part. 8. Ind. orient.
Arbor folijs Myrti Cluſio: pruni alijs: cujus flores ſingulis noctibus renaſcuntur, qui albi, pediculo luteo aut rubeo firmati, quo Indi Croci loco utuntur, & ex floribus aquam extillant, quam Aquam de Mogli appellant.

De arbore triſti Garzias & Fragoſus agentes, cum ejus flores gratiſsimi odoris ſint, duorum adhuc florum meminêre, & Linſcottus peculiare genus exhibet.

I. Mogori priores dicti, mali aureæ floribus odoratiores, quarum ſtillatitius liquor eundem apud iſtos uſum obtinuit, quem apud Hiſpanos aqua florum mali aureæ.

II. Champe dicuntur alij flores, quorum etiam magnus apud illos uſus eſt, odore graviori, quam Lilium album, Garz. Frag.

III. Fulle, floſculorum genus apud Indos ex arbore quadam toto anno durans, ſuaviſſimi odoris, Linſcot. 4. part. Ind. or. 10.

IV. Flos Indicus arboreus liliorum ſpecie.

Floribundio, ex arbore quæ ſolum flores, fructus nequaquam gignit, Joſeph. Acoſtæ lib. 4. cap. 27.

RUSCUS.

Ruſcus Dioſcoridi l. 4. c. 146. μυρσίνη ἀγρία, myrtus ſylveſtris dicitur: alijs ὀξυμυρσίνη, acuta myrtus & Myrtacantha. Plinius l. 23. c. 9. inquit, Caſtor Oxymyrſinen myrti folijs acutis, ex qua fiunt ruri ſcopæ, Ruſcum vocavit. Theophraſto 3. hiſt. 17. πεντεφυλλίνη. Hujus fructum Arabes Cubebas vocant, exiſtimantes Carpeſium apud Galenum 7. ſimpl. & 1. de Antidot. eſſe, quia nihil de Carpeſio apud Dioſcoridem, ut nec de Ruſco apud Galenum inveniatur: ſed revera Ruſci fructus à Cubebis differt, ut rectè Leonicenus notavit.

Ruſcus, Trag. Matth. Cord. in Dioſc. Geſn. hort. Bellon. Lac. Adv. Lob. Cæſ. Lugd. Caſtor. Cam. Tab. Eyſt. Ger. ſive Bruſcus.
Ruſcus verus, Lon.
Ruſcum, Dod. ut.
Centromyrini Theoph. & Oxymyrſine, Ang.
Myrtus ſylv. Turn.
Myrtacantha, murina ſpina, Lob. ico.

VITIS IDÆA SIVE MYRTILLUS, & Idæa Radix.

Ἄμπελος παρὰ Ἴδην, ſive Vitis ea parte Idæ, quam vocant Phalacras, naſcitur: eſt fruticoſa, virgis parvulis & ramulis cubitalibus penè exporrigitur, quibus acini ad latera adhærent, nigri, fabæ magnitudine, dulces, vinaceorum inſtar aliquid continentes: folium rotundum, individuum, parvum. Idem pene Plinius l. 14. c. 3. Myrtilli autem dicuntur à forma baccarum, quæ Myrti baccis ſimiles ſunt.

I. Vitis Idæa folijs oblongis crenatis, fructu nigricante.
Myrtillus, Matth. Lon. Caſt.
Vaccinia nigra, Dod. ut: Adv. Lob. Ger.
Radix Idæa fructu nigro, Ang.
Vitis Idæa nigris acinis, Geſn. Fracto.
Myrtillus Germanica, Lugd.
Vitis Idæa vulgaris baccis nigris, Cluſ. pan. & hiſt. Theophraſti, Eid. hiſt.
Vitis Idæa nigra, Cam.
Vitis Idæa 1. Tabern. & Vitis Idæa 2. major, Eid.
Bagolæ 1. genus, Cæſ.
Fructus exigui, Gallis Bleuete: part. 2. Amer.

II. Vitis Idæa folijs oblongis albicantibus.
Myrtillus grandis, Trag.
Vitis Idæa nigra major, Thal.
Vitis Idæa 2. Cluſ. pan. & hiſt.
Vitis Idæa 3. Tab.
Vaccinia Pannonica, Ger.

III. Vitis Idæa folijs oblongis acuminatis baccis rubris inſipidis.
Vitis Idæa rubra Bavarica, Cam.

IV. Vitis Idæa folijs ſubrotundis non crenatis baccis rubris.
Myrtillus exiguus, Trag.
Vaccinia rubra, Dod. gal. Adv. Lob.
Radix Idæa fructu rubro, Ang.
Vitis Idæa ſpecies altera acinis rubris, Geſ. hor.
Vitis Idæa rubra ſive Vaccinia rubra, Dod.
Rhus Plinij minor, Æmilij, Thal.
Idæa vitis, Lugd.
Vitis Idæa rubra, nonnullis Rhus minor Plinij, Cam. ep.
Vitis Idæa buxeis folijs, Cluſ. hiſt.

Folijs eſt buxi interdum leviſsimè ceu ſerratis marginibus.

V. Vitis Idæa folijs ſubrotundis exalbidis.
Vitis Idæa altera, Cluſ. pan. & hiſt.
Vitis Idæa Geſneri major, Cam.

VI. Vitis Idæa folijs carnoſis & veluti punctatis, ſive Idæa radix Dioſcoridi.
Uva urſi Galeni, Cluſ. hiſp. & hiſt. Lob. Tab.
Vaccinia urſi, Ger.

Dioſc. l. 4. c. 44. ἰδαία ῥίζα, oxymyrſine (id eſt Ruſco) folia ſimilia habet: juxta ipſa verò capreoli

cingentibus: ſpica breviore, ex floribus priore longo minoribus, iiſq; ex albo & rubro eleganter variegatis. In pratis humidis Michelfeldenſibus, & trans Rhenum reperitur.

IV. CAMÆORCHIS alpina folio gramineo: planta palmaris eſt, ex cujus radice gemina, globoſa, oblonga, folia anguſtiſſima, utrinque quaterna, cauliculum nudum, triuncialem, qui inter ea fertur, ſuperantia exurgunt: ſpica unciali, cui utrinque foliolum breviſſimum ſubjicitur: floſculi virides galericulati ſunt. In monte Helvetiorum Gothardo, copioſe & acervatim, Iunio florens, reperitur.

V. ORCHIS montana Italica flore ferrugineo lingua oblonga: Teſticulos duos habet parvos, rugoſos, quorum alter, ut in reliquis Orchidibus vegetior, hinc communiter ſolum unus teſticulus reperitur: quorum ſummo, fibræ oblongæ, varie & oblique ſparſæ, adpoſitæ. Caulis cavus nonnunquam pede altior, quem folia anguſta paucaque uncias tres vel quatuor longa baſi ſua veſtiunt, at cuilibet flori folium breve quidem, ſed latius & in apicem deſinens, ſubjicitur. Flores quini, ſeni, alternatim in caulis ſummo diſpoſiti coloris ferruginei, obliqui tubuli forma, quorum lingua propendens oblonga eſt, & ex baſi latiore in apicem abit, cui legumentum pallidioris coloris, veſicæ inſtar impoſitum, etiam in apicem & communiter bifidum finit: floribus utriculi, ſemine pulverulento repleti, ſuccedunt. Hanc in Italiæ montibus Baſſanenſibus legimus: & Matthiolum ſub Teſticuli tertij ſpecie prima, in figuris majoribus exprimere voluiſſe, cenſemus, cujus tamen figura mala, & ſine omni deſcriptione, & ut in hiſtoria Lugdunenſi ſub Teſticulo 3. Matth. At fateor pejorem eſſe eam figuram, quam Matthiolo meo emaculato addidi, deſumptam ex Tabernæmontani figuris: tunc enim quid ſibi vellet Matthiolus, non conſtabat, imo etiamnum dubius ſum: quare aliam figuram delineari curavimus. Hujus haud dubie ſpecies, quam doctiſſimus Columna in ſua Ecphraſi minus cognitarum ſtirpium, Orchidis macrophyllæ nomine & eleganter deſcripſit, & icone expreſſit.

Orchis palmata pratenſis anguſtifolia.

Orchis palmata anguſtifolia minor flore odoratiſſimo.



VI. Orchis palmata pratenſis anguſtifolia major: radices habet parvas, veluti palmas geminas, in binos digitos diſtributas, fibris paucis annexis: folia liliacea, anguſta, lævia & palmaria, per quæ veluti tubum, caulis cubitalis cavus effertur, cui ſpica fere palmaris anguſta, ex floribus dilute purpureis, brevi calcare donatis compoſita, quibus ſingulis foliola oblonga acuminata ſubjiciuntur, & capitulum oblongum, ſemen aliarum inſtar continens, ſuccedit. Hæc in pratis udis Michelfeldæ, ipſa æſtate reperitur.

VII. Orchis palmata anguſtifolia minor flore odoratiſſimo. Radice eſt gemina, oblonga, anguſta, palmę ſimili, in tres quatuorve fibras craſſiſſimas diviſa, ſupra quas ex imo caule fibræ aliquot ortæ expanduntur: ex radice folia quina aut ſena, oblonga, graminea prodeunt, inter quæ caulis unicus palmaris, pauciſſimis & exiguis foliolis donatus, qui velut in ſpicam biuncialem abit: cui flores dilute purpurei odoratiſſimi inſident, qui galea tecti, labro prominulo, in quatuor barbulas diviſi ſunt, & parvo calcari, à tergo prominente, donati. In pratis humidis Michelfeldæ provenit & autumno floret (quamvis etiam Monſpeſſuli reperiatur) & ſub Satyrio octavo in Phytopinace deſcripſimus.

VIII. Orchis palmata flore viridi: ex radice gemina, palmata & parva, caulis palma altior, foliis paucis, nervoſis, uncias tres longis, unam latis, veſtitus exurgit, ſpicam habens triuncialem, floſculos paucos, ſubvirides, galea tectos, & labro prominulo in duas barbulas diviſo, quibus ſingulis foliolum oblongum, anguſtum ſubjicitur. In montibus Bohemiæ, Sileſiæ finitimis, in Saxo Mommelgrund, copioſam Iunio florentem, D. Fleiſſerus obſervavit, & attulit.

IX. Or-

Orchis palmata montana maxima.

IX. ORCHIS palmata montana maxima: Radices habet geminas inſtar palmarum duarum ſibi invicem junctarum, & velut in plures digitos diviſarum, quarum altera alba, vegetior ac ſolida, ſupra quas fibræ paucæ conſpiciuntur. Caulis eſt bicubitalis, ſtriatus, vacuus, quem folia pedalia primum, mox palmaria, ſeſquiunciam lata, nervis diſtincta, complectũtur: in cujus ſummo flores in ſpica palmari digeſti, coloris dilute purpurei, qui parvi ſunt galeola tecti, labro exiguo propendente, in anguſtiſſimas barbulas diviſo, & à tergo oblongo, capillaceo calcari donati; ad quorum exortum foliola ſingula, quaſi in filamentum abeuntia, obſervantur: his capitulum oblongum, ſtriatum, ſemen exiguum ſcobis inſtar continens, ſuccedit. Hæc in montibus vicinis, potiſſimum Muteto, copioſe Maio florens, provenit.

DE OPHRI.
CAPVT VII.

OPHRIS minima: è radice ſubflaveſcente fibroſa & Orchides redolẽte, cauliculus ſimplex, trium quatuorve unciar. ſub foliolis prodit, cui foliola duo Ophrios vulgaris modo apponũtur, quę parva ſunt, glabra, ſplendentia, coloris unifolii & nonnihil in cordatam effigiẽ, è rotundiuſcula figura diſcedentia, quib. cauliculi altera pars, ſimiliter trium, quatuorve unciarum ſupereminet, cujus ſummo floſculi parvi herbacei inſident, in Ophris vulgaris florib. exilitate ſola recedẽtes, quib. vaſcula exigua ſuccedunt. Florentiis in locis ubi ſponte provenit, Iulio potiſſ. menſe floret: at in hortos, cum gleba ſoli natalitii translata, citius. Naſcitur plurimũ, ut D. Furerus monuit, à quo eam (ſed prius à D. Sigfrid.) accepimus, Ophridii ſeu Bifolii Broccenbergici minoris nomine, in opacis muſcoſiſq; ſylv. Broccio & Oſſmannino vertici dicto.

DE OROBANCHE.
CAPVT VIII.

I. OROBANCHE flore majore ex cæruleo purpuraſcente: Radice eſt craſſa, longa, fibroſa: caule ſemipalmari, foliolis paucis, breviſſimis, craſſis & acutis cincto, qui in quinq; ſex, etiã plures pediculos triũciales, nudos, abſumitur, quamvis etiã ex folior. alis pediculi prodeãt, quorum ſummo calyx, uncialis ſinuat⁹ inſidet, & ex quolibet flos unicus, cęruleo purpuraſcens, lõgo pediculo donatus, exit, qui magnus, uncias duas longus, forma galericulatus, & veluti roſtrat⁹, ut in Alectorolopho, ex quo filamentum oblongum, reflexũ prodit: quid flori ſuccedat, non conſtat. Hanc, in Pyreneis montib. D. Burſ. legit & cõmunicavit.

II. Monere lubet de vulgari Orobanche, eam recte à Theophraſto Limodoron, quaſi famem adferens, vocari; eo quod plantæ cui adnaſcitur, alimentum ſubtrahat. Hanc enim ſemper alterius plantæ radici adnatam obſervavimus, ut Geniſtæ vulgari & Hiſpanicæ, Hieracio Sabaudo, Trifolio, Aſtragalo ſylvatico & aliis.

III. OROBANCHE quæ Hypopitys dici poteſt: hæc Orobanche vulgari ſimilis, ſed humilior & nigricans, caule unciarum quatuor, quaſi ſquamis contecto: flores in ſummo, veluti in parvam ſpicam congeſti, Nido avis ſimiles, albidiores tamen, rariores ac duriores. Sub piceis, abietibus & pinaſtris (hinc hipopitys) provenit. Sapore eſt ali quantum aſtringente.

LIBER TERTIVS.

DE RAPVNCVLO SIVE CAMPANVLA GLABRA.

CAPVT I.

Rapunculus ſpicatus cæruleus.



Rapunculus alpinus ſive Pyramidalis minor.

RAPUNCULUS ſpicatus datur ſpica alba, vel cinericea, vel coloris violacei ſaturi; hic ſolum figura Rapunculi ſpicati cæruleiadpoſita, cum jam deſcriptus ſit.

I. RAPUNCULUS alpinus ſive Pyramidalis minor: Radix Rapunculi forma: caulis unus, ſeſquipalmaris, foliis pallide virentib. per ambitum crenatis, acuminatis, unciam latis, tres longis, alternatim cingitur: in ſummo flores pauci, cærulei, campanulæ forma, pedicellis annexi & filamento oblongo ex eorum medio prodeunte, donati propendent: quibus ſingulis capitulum oblongum, pertuſum ut in campanula perſici folia ſuccedit, cui ſemen minutum includitur: in Italia provenit, ſed locus excidit.

Rapunculus alpinus corniculatus.

II. RAPUNCULUS alpinus corniculatus, quem nomine rapunculi alpini ſpicato ſimili, ante annos viginti duos in Phytopinace, dein in Matthiolo emaculato, deſcripſimus; nunc vero diligentius, cum eam ex Baldi rupium fiſſuris, abſq; radice eruerimus, ut figura noſtra in Matthiolo exprimit, poſtmodum à D. Neudorffero cum radice, & perfectiorem à D. Pona ante annos decem acceperimus.

Radice eſt tuberoſa inæquali, quaſi ex pluribus grumis compacta, alba, digiti craſſitie aliquando lignoſa, pallida, rugoſa & palmari: ex qua cauliculus (modo unus, modo plures) tenuis ac ſtriatus, unciarum quatuor exurgit: folia, quę ſaturate virentia, tenuia, ad radicem aliquando ex rotunditate oblongata: Bellidis cæruleæ forma communiter ſubrotunda, crenata, Alliariæ forma, ſed minora, pediculis uncias quinque vel ſex longis prædita, ex radice una cum cauliculis exurgunt: quæ vero cauliculis & quidem pediculis brevioribus adhærent, longiora ſunt & anguſtiora, profundius, ſed rarius, inciſa, quorum quina vel ſena, ſtellæ in modum umbellæ ſubjiciuntur, quę cauliculi ſummo inſidet, & ex floribus viginti, etiam pluribus, arcte junctis & ex cæruleo purpuraſcentibus conſtat, qui, ex calicibus pediculis latis brevibus & ſtriatis donatis prodeunt: ex ſingulo calice flos unus, ad exortum tumidus, oblongus, ſenſimque anguſtatus, & in extremitate crenatus, formam cucurbitæ vitreæ referens, in medio tumore, inciſuræ ſuperficiariæ quinque conſpiciuntur: apertus, ex foliolis quinque compoſitus, filamenta aliquot exhibet, intet quæ unum longe producitur, in ſummo bipartitum, aliquando inſtar capreoli vitium contortum: ſemen non fuit obſervatum. In Baldi montis jugis, inter præcipitia propendet, ubi Auguſto menſe florentem anno 1578. collectum, quod cum Patavii D. Guilandino oſtenderemus, Rapunculum montanum, at D. Cortuſus, Cantabiſcam alteram Anguillaræ nominabat. Io. Pona in ſuo Baldo ante annos quindecim excuſo, Trachelii petræi minoris nomine propoſuit.

III. CAMPANULA alpina latifolia flore pullo: hæc cauliculo eſt tenuiſſimo palmo minore, qui ad partem uſq; mediam, foliis uncialibus, ſubrotundis, alternatim diſpoſitis, leviter crenatis, pallideq; virentibus, cingitur; pars ſuperior

nuda eſt,cui fere ſemper unicus flos,mediæ magnitudinis, pulli coloris inſidet. In alpibus Auſtriacis,ut Sneeberg & aliis D. Burſerus reperit, & Rapunculi alpini latifolii nomine, miſit.

IV. CAMPANULA alpina linifolia cærulea. Ex radice tenui,alba,cauliculi quaterni,quini, plures paucioresque,palmares, & ſeſquipalmares, graciles,rotundi,ſimplices,emergunt: foliis oblongis anguſtiſſimis, confuſo ordine ſepti: flores ſummitate cærulei, ut in Rapunculo vulgari, quibus capitula, exiguum ſemen continentia, ſuccedunt. Hæc rupes & ſumma juga montis Waſſerfall,Iulio menſe florens, exornat.

Campanula alpina rotundifolia minor.

CAMPANULA alpina rotundifolia minor, à Cluſio ſub Campanula alpina minore deſcribitur: verum figura quam addit eſt Campanulæ rotundifoliæ vulgaris minoris, quare veram figuram adpoſuimus.

V. CAMPANULA rotundifolia minima: plantula eſt unciarum trium,ex cujus radicula alba, capillari,oblonga, exurgunt cauliculi (ſæpe unus,plerumque terni,quaterni) tenuiſſimi; ſubrubentes & ad radicem ſubhirſuti, majori ex parte nudi, ſinguli unicum floſculum ſubcæruleum deorſum nutantem, calathi forma,ex unico folio ſexangulo compoſitum, ſuſtinent, quibus capitula foraminibus pertuſa,ut in reliquis campanulis, ſuccedunt: foliola habet potiſſimum ad radicem, exigua, ſubrotunda, ſerrata, rigidiuſcula,quandoq; rubentia. Hanc in Rhætorum alpibus, cum Italiam peteremus, anno 1577. Septembri menſe adhuc florentem inter ſaxa copioſiſſime obſervavimus, nec altiorem invenire licuit: quam cum D. Cortuſo oſtendiſſemus Cantabricam Plinii nominavit. Plinius l. 25. cap. 8. ſuæ Cantabricæ,quæ per Divi Auguſti tempora à Cantabris reperta fuit,caulem juncēum,pedalem tribuit,in quo ſint floſculi oblongi veluti calathi: in quibus ſemen perquam minutum,& quæ ubique naſcatur.

VI. CAMPANULA Cymbalariæ foliis: ex radice exigua capillacea & albicante, cauliculi tenuiſſimi, virides, nonnunquam palmum ſuperantes,& mox in alios brachiati,prodeunt: quibus folia rara,ſubrotunda,hederacea, vel potius Cymbalariæ foliis ſimilia,anguloſa,viridia,tenuia,longis pediculis donata,ſine ordine adhærent: flores cærulei,oblongi campanulæ forma, aliquando ſummis cauliculis, aliquando pedicellis biuncialibus,ex eorundem lateribus exurgentibus,inſident. Hæc non longe Toloſa in Ericetis provenit, & quia vix ſola ſuſtinetur, Ericetis incumbens exurgit: eandem etiam circa Lutetiam D. Cherlerus legit.

VII. CAM-

Campanula ſerpillifolia.

Campanula foliis ſubrotundis.

VII. CAMPANULA ſerpillifolia: Totaplanta, floribus exceptis, ſerpillum refert: nam radice eſt tenui, obliqua, tenuiſſimis fibris capillata, & hinc inde repente: cauliculis plurimis rubentibus in terram reflexis, cui novis fibellis adhærent, qui in ramulos plures tenuiores dividuntur: quos foliola Serpilli, vel potius Nummulariæ, quæ flore eſt purpuraſcente, forma ſubrotunda, duo ſemper oppoſita, quædam majora, quædam Serpillo minora, crenata, ſubtus pallide virentia, pediculis breviſſimis, & leviſſime pubeſcentibus, ambiunt: cauliculi aliquando in pediculos nudos, flores ſuſtinentes deſinunt: aliquando ex cauliculorum lateribus pediculi triunciales in ſummo nudi floribus ornati exurgunt: flores bini vel terni campanulæ forma, ex cæruleo rubentes, deorſum nutantes, ſinguli ſinguli pedicellis donantur. Hujus ramulum à D. Bauhino fratre primum habuimus, dein in Baldo cum floribus legimus: tum à D. Paſchali Gallo, qui eam in Rhætia ex rupibus dependentem collegit.

Similem, ſed foliis inferne albidioribus & ſuperne pallide virentibus, in Inſula Toupinambault Braſilianorum natam, D. Burſerus communicavit.

DE TRACHELIO SIVE CAMPANVLA HIRSVTA.

CAPVT II.

I. CAMPANULA foliis ſubrotundis: ex radice tenui repente, caulis ſeſquipalmaris levi lanugine pubeſcens exurgit, quem folia pauca, ſubrotunda, uncias duas pene longa, lataque, pediculo oblongo donata, tenuia, ſubaſpera, per ambitum crenata, cingunt: in caulis ſummo flores pauci, dilute cærulei, Campanulæ forma, deorſum pendentes, ex quorum medio ſtylus

lus exurgens, extra florem fertur. Hanc cervicariæ minoris rotundifoliæ nomine D. Sigfridus, Helmſtadio miſit.

Hæc à campanula hortenſi Rapunculi radice differre videtur altitudine, foliorum longitudine, florum magnitudine & numero, quæ pro radicibus multas, tenues, transverſas & oblique repentes fibras, habet, ita ut ex hortorum areolis vix extirpari poſſit, à quibus radices oblongæ, candidæ, Rapunculi radicibus ſimiles, demittuntur.

II. CAMPANULA Drabæ minoris foliis: ex radice Rapunculi minoris forma, caules ſeſquipalmares, lanugine leviſſima aſperſi prodeunt, quos folia, Drabæ minoris foliis ſimilia, ſubrotunda, viridia, unciam longa, ſemunciam lata, per ambitum crenata, & in acumen faſtigiata, ſubaſpera, pediculis carentia, alternatim veſtiunt: flores pauci, ſubcærulei, ſexanguli, calathi forma, mediocris magnitudinis & pediculis oblongis donati, ſummo cauli inſident. In pratis circa Valeſianorum Thermas copioſe provenit, unde D. Burſerus attulit.

Campanula foliis Echii floribus villoſis.

Campanula foliis Echii.



III. CAM

III. CAMPANULA folijs Echij floribus villoſis: ex radice oblongiuſcula, folia anguſta quatuor & quinque uncias longa, ſubaſpera, prodeunt; inter quæ caulis palmaris, rarius pedalis, rotundus, ſubaſper, paucis brevibus & anguſtis foliis veſtitus, exurgit, ex cujus ſummitate flores unciales, lati, Campanulæ forma, quini, ſeni, cærulei, alternatim diſpoſiti, brevibus pediculis dependent: quorum extremitates, quemadmodum & calices, pili oblongi, pappi inſtar, ambiunt. Hæc in Baldo reperitur & Helvetiorum alpibus Gotthardo & monte Fracto: diverſa plane à Trachelio montano hiſtoriæ Lugdunenſis.

Hujus & minor ſpecies, quæ minus hirſuta, ſemipalmaris, foliis brevibus, cauliculo gemino, ex quorum quolibet reflexo, flos unicus, illo tamen minor, dependet: quam ex Helvetiorum alpibus D. Burſerus attulit.

Campanula adhuc alia datur foliis Echii, quam cum Cluſius nomine Trachelii Θυρσοειδὲς deſcripſerit, nullam vero figuram adpoſuerit, eam præcedenti jungere voluimus.

DE RAPISTRO.

CAPVT III.

I. RAPISTRUM floribus Leucoji marini: plantula ſemipalmaris eſt, radice oblongiuſcula, alba, fibellis donata, cauliculis trium quatuorve unciarum: foliis vulgari Rapiſtro luteo ſimilibus, parvis, uncialibus, crenatis, & ſubaſperis: floſculis parvis ſubcæruleis, Leucoji marini ſimilibus, quibus ſiliquæ parvæ, anguſtæ, ſemen minutum continentes, ſuccedunt. Circa Maſſiliam in rupibus D. Burſerus legit.

II. RAPISTRUM monoſpermon: ex radice longiuſcula albicante, parum fibroſa, caules pedales, quandoq; altiores, rotundi, tenues, ramoſi, eleganter virentes, leviterq; hirſuti exurgunt: folia humi ſparſa, craſſa ſunt, Rapi foliis ſimilia, ad principium laciniata, dein ſubrotunda, leviter ſinuata & ſubhirſuta: flores ſecundum cauliculos palmares & tenues, velut in ſpica diſpoſiti, quadrifolii eleganter lutei aureive, quibus ſiliquæ ſuccedunt rotundæ (eleganter propter ſtrias, per eas quemadmodum in ſemine Coriandri diſcurrentes) in filamentum oblongum abeuntes: quæ quaſi geminæ ſibi inſident, parte tamen ſuperiore majore, cum in ea ſemen parvum oblongiuſculum, ſed unicum (unde ei nomen) contineatur. Hujus ſemen, nomine Lampſanæ monoſpermi, D. Doldius miſit, & hic Baſileæ in horto D. Zvingeri, Majo menſe floruit.

Rapiſtrum monoſpermon.

Hoc ipſum poſtmodum, ſed multo ſtrigoſius (illud enim cultura elegantius) in agris qua Auguſtam Rauracorum itur, ad rubram domum obſervavimus: idem ſed humilius & valde ramoſum, foliis parvis, eleganter viribus, in agris circa Huningen ad ſylvam, invenimus: & ſimile Monſpelio, ubi quoque ſponte crevit, habemus.

DE NAPO.
CAPUT IV.

NAPus ſylveſtris Cretica: foliis eſt ad palmi longitudinem accedentibus, inſtar foliorum Rapiſtri albi, vel Irionis vulgaris, in lacinias octo vel decem diviſis, per margines crenatis, aſperis: caule albido, rotundo, ramoſo, ſubaſpero, ſummitate, cui flores non inſident, aculeata, floribus (quos non vidimus, ut nec radicem) ſiliquæ anguſtiſſimę biunciales ſuccedunt, quæ ſemen exiguum nigricans continent. Buniadis agreſtis nomine, ex Creta ab Honorio Belli accepimus: & à Cretenſibus σκιλοδρυδὲς vocatur.

DE RAPHANO.
CAPVT V.

RAPHANUS Creticus: ex ſemine Cretico ab Honorio Belli, Ramolo nomine miſſo, Raphanus in hortis noſtris crevit, cujus planta tota, toto habitu à vulgari non diſſidebat; radice oblonga, alba & guſtus acerrimi; caule non adeo alto: foliis minus hirſutis & aſperis, flore modo purpureo, modo albo: ſiliquis & ſeminibus minoribus.

Raphani aquatici duas figuras, tanquam optimas, adpoſuimus, ſed ſine deſcriptione: cum is, qui foliis eſt in profundas lacinias diviſis ſub Radicula ſylveſtri, à Dodonæo: ſub Raphano ſyl. aquatico, à Lobelio in editione Belgica: Raphano aquatico à Tabernæmontano, ſive ſylveſtri & paluſtri in hiſtoria Lugdun. deſcribatur: alter vero, nomine Rapiſtri aquatici à Tabernæmontano exhibetur.

Raphanus aquaticus alter.

Raphanus aquaticus foliis in profundas lacinias diviſis.



DE

DE DRACVNCVLO.

CAPVT VI.

DRACVNCULUS alpinus folio ſcabioſæ: radicibus eſt fibroſis, cauliculis rotundis, pedalibus, in ſummo in alas brachiatis: foliis inſtar ſcabioſæ laciniatis, alte inciſis & crenatis, alternatim diſpoſitis & pallide virentibus: floſculis, in ſummis virgulis, quoad diſcum medium ſubluteis, quem foliola alba, ut in Chamæmelo vulgari, ambiunt. In Helvetiorum pratis alpinis prope Fabarias & in Gotthardo provenit, Iulioque floret.

Eruca latifolia.

DE ERVCA ET SINAPI.

CAPVT VII.

I. ERUCA latifolia: hæc caule eſt cubitum excedente, albo, craſſo, ſtriato, ramoſo: foliis glabris pallide virentibus, ad radicem pedalibus, profundis inciſuris laciniatis, per quorum medium nervus latus excurrit, quem utrinque foliorum laciniæ biunciales, alarum inſtar, triangulares, corroſæ, figuræ diverſæ, inferne & ſuperne continuæ cingunt: quæ vero in caule breviora ſunt, & horum quædam Erucæ vulgaris foliis ſimilia, ſuprema vero anguſta & parum ſinuata: in caulis ſummo flores ſatis magni, aurei, quadrifolii, ſtaminibus plurimis donati, quibus ſiliquæ oblongæ ſtrictiſſimæ ſuccedunt. Erucæ nomine in horto ſata: an forte Eruca tertia Anglica, in horto Camerarii?

II. ERUCA ſylveſtris minor Burſæ paſtoris folio: ex radice craſſiuſcula, cauliculus palmo altior, ſubaſper, brevibus alis brachiatus exurgit: folia ad radicem ſparſa, ſeſquiunciam longa, Burſæ paſtoris mediæ modo laciniata, ſubaſpera, in caule nulla, niſi quæ alis, & quidem vix laciniata, ſubjiciuntur: flores ſubaurei, ſatis magni, longis pediculis inſidentes, quibus ſiliquæ breves ſuccedunt. Monſpeſſuli collecta.

III. ERUCA ſylveſtris minor incana: ex radice cauliculi læves, virentes, quatuor, ſex & octo unciarum, in plures alas unciales diviſi prodeunt: folia ad radicem plura, biuncialia, tenuiſſime laciniata, quæ etiam cauliculos alternatim cingunt, omnia incana ſunt: floſculi plurimi, pallide lutei, quibus ſtrictiſſimæ & breves ſiliquæ ſuccedunt: Monſpelio D. Rumbaum attulit.

IV. ERUCA lutea ſive Barbarea flore pleno: hæc à vulgari magnitudine differt: caule eſt craſſiore & ſtriato, ſed breviore: foliis uncialibus: floribus nonnihil quam in vulgari majoribus, aureis & plenis. Inter ſegetes Paterniacenſes, & juxta Arburg arcem Bernatum, Iunio floret.

V. ERU-

Eruca cærulea in arenoſis creſcens.

Eruca maritima Italica.

V. ERUCA cærulea in arenoſis creſcens: Ex radice rufeſcente, oblonga, tenui, leviter fibroſa, caules plures palmares, rarius ſeſquipalmares ſtriatos, hirſutos, ramulis aliquot brachiatos, emittit: folia ad radicem per terram ſparguntur, erucæ vulgaris inſtar ſinuata, & quaſi circumroſa, hirſuta, aſpera, ſeſquiuncialia, ſed etiam breviora & anguſtiora, quę in caule rariora ſunt, minus ſinuata & aliquando integra: floſculi eleganter cærulei, vel purpuro-cærulei, quadrifolii, filamentis brevibus donati, ramulorum extremis inſident, quibus ſiliquæ oblongæ, tenues & læves, ſemen minutum ſubrufum & acre includentes, ſuccedunt. Provenit apud nos locis arenoſis, ut iis quæ Birſa alluit: ſic quibuſdam in locis in muris reperitur: imo etiam altiſſimis jugis & petris circa Delſpergam & Lauffen Rauracorum: in Phytopinace, & Matthiolo, addita figura, quoque deſcripſimus.

VI. ERUCA maritima Cretica ſiliqua articulata: tota planta albicat, folia habens ad radicem brevia, anguſta, in minores lacinias divi... & ſubaſpera: cauliculis eſt palmaribus, reflexis, ſtriatis (flores non conſpecti) ſiliquis plurimis, incurvis, articulatis, trium quatuorve unciarum, aſperis, ſemen minutum ſubrufum continentibus, quam ex Creta Honorius Belli miſit.

ERUCÆ maritimæ Italicæ ſiliqua haſtæ cuſpidi ſimili, figuram perfectam adpoſuimus, cujus tres diverſæ una cum deſcriptione (inter quas una ex Lobelio deſumpta, qui nomine Cakile Serapionis Erucæ folio, napi flore exhibuit) in Lugdunenſi hiſtoria proponuntur.

VII. ERU-

Eruca Monſpeliaca ſiliqua quadrangula echinata.

VII. Eruca Monſpeliaca ſiliqua quadrangula echinata. Hanc Monſpeſſuli anni 1579. ubi collegiſſemus, ſic deſcripſimus, quemadmodum in Phytopinace videre eſt: ex radice ſemipalmari, craſſiuſcula, leviter fibrata, albicante, caules ad exortum purpuraſcentes, terni, quaternive, pedales, aliquando cubitales, rotundi, ſtriati, ſubaſperi, in ramos brachiati exurgunt: folia ad radicem humi ſparſa, pauca, oblonga, anguſta, ſinuata, hirſutie aſpera, bina ternave ſimul juncta, in caulibus, præſertim ſiliquis onuſtis, pene nulla, oblonga, leniter ſinuata: floſculis eſt luteis quinquefoliis, quibus ſiliquæ ſuccedunt quadrangulæ, in apicem acutum rigidumque deſinentes, leves, oblongo pediculo inſidentes, per maturitatem duriſſimæ: quarum quælibet latera quatuor obtinet, quæ ad formam alarum perceæ piſcis elevata, in medio ſinum oſtendunt: his per longum diſſectis, utrinque duæ capſulæ diſtinctæ conſpiciuntur, in quarum qualibet, ſemen unicum rufum, cochleæ inſtar convolutum acuminatum & acre continetur. Iunio menſe florentem & ſiliquas ferentem, legimus. Hanc videtur Herbarii Lugdunenſis auctor, ſub Sinapi echinato voluiſſe proponere, verum figura vitioſa & deſcriptio non ſufficiens.

Sinapi parvum ſiliqua aſpera: radice eſt oblonga craſſiuſcula & capillata, ad quam folia plura, Erucę ſylveſtris minoris forma, ſed minoris forma, ſed minora, in lacinius tenuiſſimas diviſa, & acria: cauliculi plures, recurvi, leves, duarum triumve unciarum (rariſſime cauliculus palmaris erigitur) in alas unciales brachiati: flores parvi, pallide lutei, quibus ſiliquę multæ ſtrictæ, unciales & aſperæ, in latera divaricatæ, ſemen minutiſſimum continentes, ſuccedunt: circa Monſpelium provenit.

Reſedæ affinis Phyteuma.

Eryſimo ſimilis hirſuta alba.



DE RESEDA.

CAPVT VIII.

RESEDA linarię foliis: er radice candida, longiuſcula, caulis cubitalis rotũdus, in ramos palmares diviſus, foliis linariæ ſtrictiſſimis oblongis, viridibus veſtitus exurgit: rami ſinguli, in florum oblongam veluti ſpicam abeunt, quam floſculi parvi, muſcoſi, tenuibus capillamentis ornati, ut in Reſedæ minore alba (quam Seſamoidem parvam Salamanticenſem Cluſius nominat) pallide flaveſcentes conſtituunt: quibus capitula vel vaſcula anguloſa, biſida, exili ſemine pallido plena, ſuccedunt. Hæc in ſolo arenoſo convallium montium Pyrenæorum, à D. Burſero collecta.

RESEDÆ affinem facimus eam quam Phyteuma Monſpelienſium, Lobelius & Lugdunenſes vocant, deſcribunt & depingunt: verum cum foliis nunc oblongis, nunc in aliquot lacinias diviſis reperiatur, una figura exprimere voluimus.

DE ERYSIMO.

CAPVT IX.

ERYSIMO ſimilis hirſuta: ex radice oblonga, alba, lignoſa & fibroſa, caulis modo unus, modo plures cubitales, aliquando ſubrubẽtes, ſtriati, hirſuti, aliquando in ramulos brachiati, exurgunt: folia plura, ad radicem humi ſtrata, aliquando pediculis carentia, ſeſquiunciam longa, aſpera, hiſpida, ſubalbicantia, per ambitum crenata, rarius laciniata, & quæ in caule minora ſunt, eumque baſi latiore cingunt: ſecundum ramulorum longitudinem, veluti in ſpica floſculi albi, quadrifolii, pedicellis, inſident, qui in ſiliquas oblongas, ſtrictas, ſemen minutum

nutum continentes, abeunt. Provenit locis ſaxeſis, ruderibus, muris, ut hic Baſileæ ad mœnia, ad arcem Mönchenſtein, primoque vere floret: Monſpeſſuli quoque in ruderibus umbroſis, ſed per omnia minor: rarius in arenoſis, ut apud nos ad Wieſam fluvium, Patavii ſimiliter collegimus, & hanc D. Guilandinus Dryophanon Plinij lib. 27. cap. 9. Drabam alteram & Thlaſpi ſpeciem rat D. Cortuſus, Eryſimum tertium nobis nominabat: poſt modum Barbaream muralem Ioan. Bauhinus frater appellavit. Hujus deſcriptionem & iconem, in Matthiolo emaculato, exhibuimus.

DE PERSICARIA.

CAPVT X.

PERSICARIA anguſtifolia; ex radice nigricante, fibris oblongis capillata, caules plures cubito altiores, rubentes, læves, geniculis diſtincti exurgunt: quos folia, Perſicariæ vulgaris foliis triplo, quadruplove anguſtiora, duas, rarius tres, uncias longa, ambiunt, & in ſummo in ramulos brachiantur, quibus ſpicæ oblongæ, floribus pallide purpuraſcentibus ornatæ, ut in vulgari inſident. In humidis circa Michelfeldam, æſtate florens, reperitur.

Naſturtium hortenſe latifolium.

Naſturtium hortenſe criſpum anguſtifolium,



Naſturtium hort. criſpum latifolium.



DE NASTVRTIO.

CAPVT XI.

NASTVRTIVM hortenſe duplex eſt, plano & criſpo folio: illud latifolium, cujus ſolum figura adpoſita, & anguſtifolium vulgatius: hoc, quod criſpum ſimiliter duplex eſt.

I. NASTVRTIVM hortenſe criſpum; hoc, foliis exceptis, cum vulgari convenit; hujus enim folia criſpa ſunt: eſtque duplex, latifolium & anguſtifolium, quemadmodum binis figuris in Matthiolo exhibuimus (cum ſæpius in hortulo noſtro creverit) & hic repetere placuit.

II. NASTVRTIVM pratenſe parvo flore: ex radice tenui, fibroſa, caulis cubitalis, viridis, varie incurvatus exurgit, foliis atrovirentibus, oblongis, Erucæ ſylveſtris minoris, aut Sij forma, utrinque longis petiolis in lobos ſubrotundos, aliquando oblongos diviſis, & per ora dentatis, cincti: in caulis ſummo, floſculi parvi, albi, velut in umbella diſpoſiti, quibus ſiliquæ parvæ ſemine minutiſſimo refertæ ſuccedunt. Circa Montembelgardum locis humidioribus provenit. Suſpicamur Matthiolum, quem Tabernæmontanus ſecutus eſt, ſua figura Siſymbrii aquatici alterius, duas plantas miſcuiſſe: ita ut florum umbella, huic jam deſcriptæ, folia vero, Naſturtio pratenſi vulgato magno flore, conveniant.

§ (:) §

Naſturtium aquaticum majus & amarum.

Naſturtium alpinum minus Reſedæ foliis.

NASTURTIUM aquaticum majus & amarum, quod Thalius nomine Siſymbrii alterius ſpecie ſecunda deſcripſit, & ſæpe inter Naſturtium aquaticum ſupinum reperitur, à quo ſapore amaro potiſſimum diſtinguitur, hic deſcribere noluimus: at figuram adponere, cum nullus eam exhibuerit, voluimus.

III. NASTURTIUM ſylveſtre minus: ex radice tenui capillacea, cauliculi plures (& quantum ex ſicca colligere licet reclinati) trium quatuorve unciarum emergunt: foliis Naſturtij vulgaris forma, ſed minoribus, per terram ſparſis & etiam cauliculos cingentibus: in quorum ſummo floſculi parvi albicantes, valvulæ exiguæ, ut in Iberide, vel Burſa paſtoris minima. Hoc primo vere, ad alveos aquarum ſalſugine imbutarum Ftanckenhuſij Thuringiorũ, copioſiſſime erumpit, unde D. Furerus cum aliis elegantiſſimis, Iberidis puſillæ, ſeu Naſturtii ſylveſtris Franckenhuſani nomine, miſit.

IV. NASTURTIUM alpinum minus Reſedæ foliis: ex radice alba tenui & oblonga, cauliculi leves, tenues, recurvi, communiter indiviſi, palmoque minores prodeunt: foliis longis pediculis, inſtar Reſedæ vulgaris, prĕditis, in lobos tres, vel quatuor ſubrotundos, diviſis: flores in caulicolorum ſummis albi, mediocris magnitudinis, quibus ſiliquæ ſtrictiſſimæ, ſeſquiunciales ſuccedunt. In Rhætorum alpibus Iulio florens, reperitur. Verum ex Helvetiorum alpibus & Pyrenæis, longe minus habemus, ita ut tota planta abſque radice uncias tres non ſuperet.

V. NASTURTIOLUM alpinum capſula Naſturtij hortenſis: radice eſt lignoſa, parum fibroſa, cauliculis uncias duas non excedentibus: foliolis parvis, anguſtis, craſſis, lingue brevioribus: floſ-

culis parvis albis,capſulis ſatis magnis, Naſturtio hortenſi ſimilibus. In Rhætiæ monte Nombre prope Balneum Worms,æſtare florens, Ioh. Bauhin.frater collegit.

VI. NASTURTIUM alpinum Bellidis folio majus: Ex radice caulis cubitalis rotundus,lævis, ad exortum ſtatim diviſus, prodit: folia habet tenuiſſima,bellidis forma, uncias quatuor longa:quæ vero in caule ſunt, pediculis carent,& inſtar Thlaſpi vulgaris lato ſemine,leviter ſinuata,eum ambiunt: flores albi,in caulis ſummo, quaſi in ſpica uncias ſex longa, quibus ſiliquæ triunciales,anguſtæ,ſemine rufeſcente,rotundo, plano,refertæ,ſuccedunt. Circa Fabarias Thermas,ad aquæ defluxum,D.Burſerus legit.

VII. NASTURTIUM alpinum foliis Barbareæ: Radice eſt parva,capillacea,albicante: caulibus pluribus tenuiſſimis,fragilibus,reflexis,nonnihil villoſis,nonnunquam in alas diviſis,ſemipalmaribus, palmaribus & nonnullis cubitalibus: foliis ad radicem pluribus, parvis,tenuiſſimis,viridibus,foliorum Barbareę modo,ſed minus frequenter ſinuatis, quæ in cauliculis rariora ſunt, & quædam minime ſinuata: floſculis eſt minimis albis: ſiliquis oblongiuſculis & ſtrictiſſimis. Hoc Cardamine aut Erucæ peculiaris nomine, D.Burſerus ex Auſtria, ſed in finibus Bohemiæ collectum, transmiſit.

Thlaſpi villoſum capſulis hirſutis.



DE THLASPI.

CAPVT XII.

I. THLASPI vaccariæ folio, Burſæ paſtoris ſiliquis: caule eſt cubitali, rotundo ſtriato, lævi, viridi, ramoſo, quem folia vaccar ſimilia, atrovirentia, glabra, pediculis carentia, cingunt: flores parvi, albi: ſiliquæ Burſæ paſtoris forma, ſed majores: Non longe Monſpelio, in horto Dei dicto, D. Burſerus collegit.

II. THLASPI vaccariæ incano folio minus: Tota planta villoſa, & incana eſt: ex radice craſſiuſcula, rufeſcente, cauliculi ſemipalmares, etiam minores, recurvi & quaſi repentes, villoſi & incani prodeunt, foliis parvis incanis, vaccariæ ſimilibus, pediculis carentibus & alternatim diſpoſitis, veſtiti: in quorum ſummitate floſculi plures, albi, quaſi in ſubrotunda ſpica uniti, quibus thecæ parvæ ſuccedunt. Hoc in agris Monſpelienſibus repens, & in Provincia prope Maſſiliam, paulo majus & erectius reperitur.

III. THLASPI villoſum capſulis hirſutis: ex radice tenui, oblonga, albicante, caulis pedalis unicus rotundus, villoſus exit: ad cujus exortum folia aliquot humiſtrata, longis pediculis donata, orbiculato cuſpide, hirſuta: quæ vero in caule, longe breviora, pediculis carentia, latiore baſi ipſum amplectuntur, quorum quædam leviter crenata ſunt: flores albi quadrifolii: ſiliquæ magnæ, hirſutæ, compreſſæ, longo pediculo donatæ, ſuperiore parte fiſſæ, utriculis duobus præditæ, in quibus ſemen rufeſcens, acri ſapore præditum, continetur. Hoc anno 1577. in horto Patavino (poſtmodum Monſpeſſuli ſponte natum) collegimus: cujus ſemine, in Italia pro vero Thlaſpios ſemine, olim uſos fuiſſe, ex D. Cortuſo cognovimus: hoc in Phytopinace primum ſub 19. Thlaſpi, dein in Matthiolo, figura addita, exhibuimus.

IV. THLAS-

Thlaſpi Creticum flore albo.

Thlaſpi alpinum minus capitulo rotundo.

IV. THLASPI Creticum flore albo: radice eſt oblonga, paucis fibris donatâ, cauliculis palmum ſuperantibus, rotundis: foliis paucis, oblongis, anguſtis, lævibus, alternatim caulem veſtientibus: in cauliculorum ſummo, flores candidi magni, quibus thecæ magnæ, apice medio donatæ ſuccedunt. Hoc Thlaſpi, Cappadocici fruticantis flore albo perennis nomine, D. Doldius Norinbergâ miſit.

V. THLASPI ſaxatile rotundifolium: Ex radice alba, longa, fibris carente, ſublignoſa, cauliculi plures, tenues, pedales, reflexi, & fibris capillaceis, deorſum miſſis, terræ affixi, prodeunt, foliis eſt parvis, ſubrotundis, tenuibus, inter quæ cauliculi palmares, nudi exurgunt, flores paucos pallidos ſuſtinentes, quibus ſiliquæ parvæ, tenuiſſimo filamento donatæ, ſemen minutum concludentes, ſuccedunt. In locis petroſis circa oppidum Lauffen M. Hagenbachius reperit.

VI. THLASPI alpinum folio parvo crenato: vel Thlaſpi alpinum minus capitulo rotundo: à radice craſſa, è rupium fiſſuris prodeunte, caules exurgunt tenues, palmares & ſeſquipalmares in ramulos brachiati: folia habet ad radicem plura, brevia, acuta, leviter crenata, longis pedicellis donata, in caule pauca & anguſtiores floſculi in ſummo albicantes, quibus folliculi copioſi, oblongis pedicellis inſidentes, tenues, ſubrotundi, ſepto membranoſo diſtincti, ſemen minutum flavum & acre continentes, ſuccedunt. Provenit in monte Waſſerfall, & in Helvetiorum ac Rhætorum alpibus. Hujus in noſtro Matthiolo & figuram & deſcriptionem, ſub Thlaſpi ſaxatili minori folio exhibuimus: & Thlaſpi alpini majoris iconem addidimus: utramque & hic exhibemus.

VII. THLA-

Thlaſpi alpinum majus capitulis rotundis.

Thlaſpi montanum incanum luteum.



VII. THLASPI alpinum repens: ex radice oblonga, cauliculi plures, per terram repandi, trium quatuor vel quinque unciarum, foliis parvis ſubrotundis, inordinate diſpoſitis, veſtiti prodeunt, floribus copioſis magnis & albis ornati, quibus ſiliquæ, Thlaſpi bellidis folio ſimiles, ſuccedunt: ſapore eſt Erucæ. D. Burſer. ad Thermas Fabarias Helvetiorum, dein in Auſtria collectum, transmiſit.

Variat ratione loci: illud enim foliis eſt leviter hirſutis, floribus communiter purpuraſcentibus, rarius albis: hoc vero foliis eſt glabris, floribus albis.

Et ſic Thlaſpi montani incani lutei ſerpillifolij majoris figura erat adponenda, cum minus recte ſculptor, apud Lobelium nomine Thlaſpi ſupini lutei, expreſſerit.

VIII. THLASPI biſcutatum villoſum flore calcari donato: caule eſt cubitali hirſutie aſpero, ſummitate in alas brachiato: quem folia craſſa, villoſa, aſpera, per marginem profundis inciſuris crenata, quædam ſinuata, uncias duas longa, ſemiunciam lata, uſque ad ſummum, baſi lata veſtiunt: flores habet luteos, magnos, calcari ut in linaria donatos, quibus peltæ duæ rotundæ unitæ, ſemen continentes, & in apicem oblongum deſinentes, ſuccedunt. In ſaxoſis Gallo provinciæ Bormij non longe ab Inſulis Stechadibus provenit, unde D. Burſerus attulit.

IX. THLASPI fruticoſum leucoij folio latifoliũ: caulib. eſt pedalib. rotundis, lignoſis, quos folia pallide virentia, Leucoji forma, ſed breviora & anguſtiora, veſtiunt: flores in ſummitate pallidi, magni, & vaſcula biſulcata. Circa Maſſiliam D. Burſerus legit.

DE MILLEFOLIO.

CAPVT VI.

I. MILLEFOLIUM maximum umbella alba: caulibus eſt ſeſquicubitalibus craſſis, rotundis, ſtriatis: foliis circa radicem palmum longis, uncias quatuor latis, tenuiſſime inciſis & velut è multis minutiſſimis alatis foliolis conſtantibus, ſed minoribus & tenuiſſime inciſis, quæ circa caulem ſunt, qui in ramos plures brachiantur, quibus ſingulis umbella, uti in Millefolio vulgari, ſed major, floſculis albis referta, inſidet. In horto Patavino crevit.

II. MILLEFOLIUM purpureum majus: ex radice craſſa ſatis, caules plures ad cubitum & ſeſquicubitum excreſcunt: foliis ut in vulgatiſſimo Millefolio diſpoſitis, umbella magna, flores elegantiſſimimos rubri coloris & quinquefolios continens, in quorum medio apices pallide flaveſcentes, qui gratiam addunt, emicant: flores contriti, medicatum odorem ſpirant. Hoc Gôpingæ primum in Pharmacopœi horto legimus, & nunc in horto colimus: quod Cluſius nomine Millefolii rubro flore proponere videtur: an hoc forte Matthiolo Millefolium majus?

III. MILLEFOLIUM incanum Creticum, ſive Millefolium Dioſcoridis: caulibus eſt lignoſis, rotundis, incanis, ſeſquipalmaribus, foliis Chamæcypariſſi forma oblongis, denticulatis, incanis, vel ut Dioſcorides, avicularum pennas imitantibus, caules in ſummitate in ramulos abeunt, qui umbellam ſatis compactam ex floribus ex albo flaveſcentibus compoſitam, ſuſtinent. Hoc ex horto magni Ducis Hetruriæ, primum à D. Paſchali (ut in Phytopinace monuimus) dein ex Creta à D. Honorio Belli accepimus: quod legitimum Dioſcoridis Millefolium eſſe cenſemus, cujus in Epiſtola 2. Belli ad Cluſium, ſub Stratiote Millefolio mentio fit, qui in Creta μυριόφυλλο vocari ſcribit.

IV. MILLE-

Millefolium aquaticum pennatum ſpicatum.



Millefolium aquaticum cornutum.



IV. MILLEFOLIUM aquaticum pennatum ſpicatum: ex radicibus fibroſis, tenuibus, rami prodeunt plures, cubitales, cavi, ſtriati, in alas brachiati, aquæ innatantes: ex quorum geniculo quolibet, folia terna, vel quaterna quaſi ſtellatim circumjecta, tenuiter inciſa, pennam & forma & tenuitate referentia, colore fuſco prodeũt: at cauliculorum ſummitates palmares, ex aqua recti attolluntur, ſpicam purpuraſcentem, Iunio & Iulio menſibus, ſuſtinẽntes, quæ in floſculos copioſos, pallide luteos, ſimul junctos, Anethi ſemen forma referentes, expanditur: his ſuccedũt capitula nigra ac prædura, plerumq; quaterna, quina, etiam plura, cauliculorum faſtigia, quæ ſuper aquam eminent, rotatim ambientia, quibus ſingulis cavitas exigua, ſemen continens ineſt. Hoc in piſcinis provenit, quod primum in foſſa arcis Weckenthal in Alſatia, obſervavimus: & Tragus, Algæ tertiæ, vel Algæ Vergilii nomine, exprimere voluiſſe videtur. Hujus ut & ſequentis deſcriptionem in Phytopinace, Matthiolo, & Tabernæmontano emaculato, una cum figura exhibuimus.

V. MILLEFOLIUM aquaticum cornutum: hoc prioris modo aquis innatat, caulibus cubitalibus, tenuibus, ramoſis, fragilibus, denſe geniculatis, quos folia ambiunt tenuia, capillata, quorum inferiora, cornua cervina æmulantur & exiccata rigeſcunt: ſuperiorã vero, tenuiora, tenuiuſq; diviſa ſunt: ex ipſis geniculis, pediculi, modo trium, quatuorve unciarum prodeunt, ſinguli, ſingulos flores, parvos, albicantes, quadrifolios ſuſtinentes: quibus capitulum parvum Ranunculi forma, ex quinis ſeniſve granulis virentibus compoſitum, ſuccedit. In rivulis circa Hiltelingam, non longe Baſilea primum, dein in foſſis horti Montembelgardiaci obſervavimus.

Conſolida regalis latifolia parvo flore.



DE CONSOLIDA REGALI.

CAPVT VII.

CONSOLIDA regalis latifolia parvo flore: ex radice fibroſa, oblonga, rufeſcēte, caulis cubitalis, rotundus, ſtriatus, leviſſima hirſutie albicans, in ramos brachiatus, exurgit: quem folia tripartita primum, dein ad formam foliorum Ranunculi arvenſis echinati, diviſa cingunt, quę in ſummo caule pauciora, quædam tripartita, quædam integra: flores ſunt ſubcęrulei, cornuculo donati, Conſolidę regalis ſegetum ſimiles, aut minores: quibus ſiliquæ oblongæ, parvæ, ſemen parvum continentes, ſuccedunt. Hanc Delphinij Dioſcoridis nomine, à D. Ferrando Imperato, Pharmacop. Neapol. inſigni, accepimus: dein virentē in horto D. Zvingeri p. m. legimus, in Phytopinace deſcripſimus, in Matthiol. quoq; & Tabernæm. figura ſub Conſolida regali peregrina parvo flore, poſita, in qua tamen ſculptor prima folia omiſit.

Chelidonium majus foliis quernis.



DE CHELIDONIO.

CAPVT VIII.

CHELIDONIUM majus foliis quernis, flore laciniato: hoc à Chelidonio majore vulgato, foliis & flore tantum differt: folia enim, quercus tenera folia æmulantur, cum argutius inciſa ſint & teneriora, ſuperne ex virore nigricantia, inferne pallida, leviſſime, ut & caulis, hirſuta: flos luteus, communiter quadrifolius, foliis ejus per ora diſſectis & velut fimbriatis. Ex horto Philippi Stephani Sprengeri Pharmacopæi Heidelbergenſis, primum habuimus: dein in horto Montembelgardenſi, ubi tota æſtate floruit, legimus: quod ſi in parietinis ſeratur, formam retinet, lætiore vero in ſolo, aliquando degenerat. Hujus in Phytopinace meminimus: in Matthiolo & Tabernæm. figura addita, deſcripſimus: poſtmodum & Cluſius, nomine Chelidonij majoris laciniato folio in ſua hiſtoria propoſuit.

DE

DE AQVILEGIA.

CAPVT IX.

I. AQVILEGIA montana magno flore: hæc in Aquilegiæ vulgaris altitudinem excreſcit quidem, ſed foliis primum differt, cum in laciniastenuiores, eaſque non obtuſas, ut in aliis, ſed acutas dividantur, & folia pene ſubrotunda ſint: ſic & floribus eſt cæruleis, vulgari ſimilibus, ſed multo majoribus. In monte prope Thermas Fabarias copioſe provenit, unde D. Burſerus attulit.

II. AQVILEGIA montana parvo flore thalictri folio: ex radice parva, folia thalictri forma, ſed exigua, pallide virentia, prodeunt: inter quæ cauliculus tenuis, palmo minor, duobus tribusve foliolis brevibus, oblongis, minime diviſis, exurgit, florem unicum cæruleum ſuſtinens, forma quidem vulgari ſimilem, ſed quintuplo minorem. In Helvetiorum alpib. reperitur: in Moravia, prope urbem Trebis, ſub arce Smilo, in pratis vernali tempore copioſiſſime reperiri, mihi relatum.

III. AQVILEGIA hortenſis multiplex flore parvo: hæc ab hortenſi, quæ multiplici flore eſt, ſolo flore differt, qui in hac triplo minor, & colore, qui pullus eſt, in horto meo provenit.

DE NIGELLA.

CAPVT X.

I. NIGELLA latifolia flore majore ſimplici cæruleo: ex radice tenui, oblonga, flaveſcente, caulis cubitalis, rotundus, viridis & lævis, in ſummo ramoſus, exurgit: foliis ad radicem tenuiſſime laciniatis, in caule vero aliquãdo inferiorum inſtar tenuiſſime diviſis: flores autem quam in cæteris ampliores ſunt, quinquefolii, folio quolibet unguem æquante, ſuperne eleganter cærulei, inverſa parte pallidi, venis elatis percurrentibus: floribus ſuccedunt capita pentagona, hexagonave dura, in totidem cornicula in latera reflexa ſuperne diviſa, quæ membranis interne intercurrentibus, ſemine ſubnigro, inodoro, plena ſunt. Hæc æſtivis menſibus in hortulo nunc ab annis aliquot floret, ex ſemine deciduo, cum annua planta ſit, ſeſe propagans: cujus ſemen, Nigellæ Hiſpanicæ nomine, miſſum fuit.

Nigella Cretica.

II. NIGELLA Cretica: radice eſt oblongiuſcula, tenui, parum fibroſa & flaveſcente: caule cubito minore procumbente, ſtriato, viridi, glabro, & paulo ſupra radicem in alas tenues & teretes brachiato: folia prima per terram ſparſa, inſtar foliorum Conſolidæ regalis vulgaris in lacinias dividuntur, quæ vero in caulis ſummo oblonga, & ut in Naſturtio, diviſa, ex viridi nigricant: flos unicus, unguis magnitudine, quinquefolius, cuilibet cauliculo inſidet, colore ab initio ex viridi nigricante, mox vero ſub cæruleo, mucronibus ſuam viriditatem reſervantibus, forma Nigellæ arvenſi, qua multo minor eſt, reſpondens: in cujus medio ſtamina plura, viridia, apicibus cæruleis donata: capitula pentagona,

tagona, hexagonave ſuccedunt, quæ in totidem cornicula longa, inſtar cornuum hirci intorta, finiunt, quæ ſemen nigricans minutum continent. Hujus ſemen ex Creta primo allatum, & à D. Doldio, cum planta, transmiſſum, ut in Phytopinace monuimus, & figuram cum deſcriptione Matthiolo addidimus, at in Tabernæmontano emaculato, figura male ſub titulo nigellæ flore pleno poſita. Hanc Cluſius in poſt. hiſtor. Melanthium ſimplici flore Creticum nominare videtur.

Ab hac diverſa eſt, quæ in horto nobiliſſ. Contareni colitur, foliis fœniculi, floribus ex albo flaveſcentibus, ſemine nigro, anguloſo & acri, quam cum integram non habeamus, plura de ea in præſens non licet.

DE HIPPOMARATHRO.

CAPVT XI.

HIPPOMARATHRI Cretici nomine, ex horto Clariſſ. Nicolai Contareni, Senatoris Veneti, habemus ramos cubitales, rotundos, læves, ſtriatos, pallide virentes, in alios brachiatos: folia ſunt fœniculi modo, in tenuiſſima, ſed longe breviſſima ſegmenta diviſa: caulium ſummitatibus umbellæ parvæ inſident: guſtantibus plantæ ſiccæ folia & caulem, de ſapore nihil certe pronunciare licuit: quare ut totam acquiramus plantam, ſtudebimus.

DE ANETHO.

CAPVT XII.

ANETHUM ſylveſte minus: radice eſt albicante, uncias tres longa, tenui, quemadmodum & caulis, qui pedalis, albus, rotundus: foliis eſt uncias quatuor longis, tenuiſſime, ut in vulgari, diviſis: umbella parva, ex feſtucis octo vel novem uncialibus compoſita, floſculis luteis, ſemine parvo oblongo. In hortulo meo crevit, ex ſemine à doctiſſ. Columna, nomine Anethi ſylveſtris ex Sicilia, miſſo: quod minus appellare lubuit, cum Cæſalpinus, Anethi ſylveſtris in Sicilia, quod ſativo grandius ſit, meminerit.

DE

Daucus montanus apii folio minor.



Daucus Alſaticus.



DE DAUCO.

CAPVT XIII.

I. DAucus montanus apii folio flore luteo: caule eſt cubitali, anguloſo, glabro, in breves alas brachiato: foliis apii forma, ſed brevioribus, per ambitum minime ſerratis, quorum pediculus ſtriatus eſt: umbellas parvas habet, flores elaphoboſco ſimiles, lureos. In Calenberg & prope oppidum Baden Auſtriæ D. Burſerus legit.

Huic ſimilem ſed per omnia majorem, caule craſſo canaliculato, ramoſo, foliis latioribus, minimeque crenatis, umbellis majoribus ex floribus pallidis, in horto Patavino anno 1578. collegimus, quem Daucum tertium Dioſcoridis Guidandinus, at ipſius ſucceſſor Cortuſus, Pſeudopyethrum nominavit.

II. DAucus pratenſis apii folio: radice eſt oblonga, pallide rufeſcente cortice tecta, ſapore & odore paſtinacæ, ſive Dauci officinarum, ſuperne hirſuta & villoſa, ex qua alæ prodeunt, foliis pluribus uni coſtæ inhærentibus, per ambitum inciſis & ſerratis, forma montani majoris, ſed longe minoribus, pallide virentibus: inter quæ caulis pedalis, rarius cubitalis, tenuis, ſtriatus, paucis geniculis diſtinctus, in ramulos aliquot diviſus, exurgit: ramorum extremis, umbellæ candidæ, floſculorum exiguorum inſident, quibus ſemen oblongiuſculum, nigricans, aromaticum ſuccedit. Hic in pratis humidis Michelfeldæ provenit.

III. DAucus Alſaticus: radice craſſa, oblonga, in fibras craſſiores diviſa, nititur, cujus ſummo, multa villoſa capita, ut in pleriſq; ferulaceis adpoſita: unde magnæ foliorum alæ exeunt, foliis multis in plures partes diſſectis, uni coſtæ inhæ-

rentibus, ex adverſo naſcentibus, conſtantes: inter quæ caulis (modo unus, modo plures) ad viri altitudinem exurgens, ſubruber, ſtriatus, geniculis aliquot articulatus, in ramos plures, hiq; in alios diviſus, ad quorum genicula minores foliorum alæ: extremos ramulos umbellæ ſatis magnæ floſculorum flaveſcentium, exornant: quibus ſemina plana ſuccedunt. Iunio & Iulio floret in dumetis Alſatiæ ſuperioris: eundem copioſiſſime in Alſatiæ inferioris pratis humidioribus, ut inter Scleſtadium & Argentinam frequenter obſervavimus. Multùm ſimilitudinis habet cum Thyſſelino Plinii Lobelii ſive Apio paluſtri Dodonæi: verum Thyſſelinum, non ita alte exurgit, & tota ſtirps lacteo ſucco abundat. Hic Daucus, ſapore eſt & odore paſtinacæ.

Scandix Cretica major.



Scandix ſemine roſtrato Italica.

DE SCANDICE.

CAPVT XIV.

I. SCANDIX Cretica major: ex radice oblongiuſcula, nonnihil fibroſa, caulis cubitalis, ſtriatus, in plures ramos diviſus, & potiſſimum ad alarum exortum, leviſſime piloſus, exurgit: foliis ad radicem, pediculis oblongis, Pimpinellæ ſaxifragiæ minoris æmulis, latiuſculis, ſubrotundis, ex oppoſito correſpondentibus, per ora obliquediſſectis, pallide virentibus, una cum pediculis leviter piloſis: at caulem ambientibus & ſuperioribus, inſtar foliorum Scandicis vulgaris, tenuiſſime diviſis: umbellæ parvæ ſunt, ſparſæ, flores albos, & quam in vulgari majores, ſuſtinentes: quibus ſuccedit ſemen roſtratum, decem, duodecim & pluribus roſtris, ſubaſperis, ſimul junctis, quorum cuilibet apices duo quaſi aculei rigidi, præfiguntur. Hæc Patavio primum Scandicis Creticæ nomine miſſa, dein ex ſemine in horto nata, cujus deſcriptionem in Phytopinace ſub 4. dein & Matthiolo addita figura, exhibuimus.

II. SCANDIX Cretica minor: ex radice gracili, oblonga, recurva, alba, cauliculi perbreves, aliquando palmares, tenues, tenui lanugine pubeſcentes, in ramulos, paucos breves & graciles diviſi prodeunt: quibus umbellæ exiguæ, floribus albis, puſillis, paucis, quinquefoliis (licet aliquando flores corymborum modo denſi conſpiciantur) veluti ſtylorum cacuminibus inſident: his ſuccedunt roſtra ut in priori, ſed breviora & pauciora (communiter quaterna, quinave in horto obſervavimus) in apice ſimiliter bipartita, quæ ſemina ſunt. Folia ſi terantur, non injucundi odoris ſunt & ſaporis aliquo modo Chærefolii vulgaris. Hanc primum ex horto magni Ducis Hetruriæ à Caſabona, Anthriſci Plinii nomine; dein ex Creta ab Honorio Belli, accepimus: quam etiamnum in horto colimus, Majo florentem, & Iulio ſemine prægnantem. Hujus in Phytopinace meminimus, & Matthiolo (ubi icon craſſior eſt) addita figura, ſub ſcandice Italica deſcripſimus, & poſtmodum Cluſius in ſua hiſtoria, Anthriſci Plinii, & doctiſſ. Columna, Aniſo Marathri Apuli (à ſuavi odore & ſapore, medio inter Aniſum & Fœniculum) nomine propoſuere.

Hujus varietas à me obſervata apud Monſpelienſes: nam quæ in ſaxoſis provenit, odore eſt fœniculi: altera vero, quæ in agris, inodora eſt.

Caucalis ſemine aſpero floſculis ſubrubentibus.



DE CAUCALIDE.

CAPVT XV.

I. CAucalis nodoſa echinato ſemine, radix oblonga, tenuis, alba, caules emittit binos ternoſve rotundos, ſtriatos, aſperos, qui in alios brachiantur: quorum alii ſemipalmares, incurvi, alii bipalmares erecti prodeunt, quos folia paſtinacæ ſylveſtris æmula, at breviora & pauciora, multoq; tenuius diviſa, aſpera, ex virore nigricantia, ad ſingula pene internodia, oblongis pediculis donata, cingunt: floſculi exigui, ex quinque foliolis compoſiti, ſubrubentes, vel pallidi, aliquando albi, breviſſimis pediculis inſident: his capitula parva echinata & conglobata ſuccedunt, in horum qualibet ſemen unicum continetur. Hanc Iunio menſe anno 1578. in horto Patavino collegimus, & in Phytopinace, Caucalidem ſemine ad caulium nodos echinato, nominavimus; verum & nomine Lappulæ caninæ Cortuſi (Lutetia quoq; & ex Anglia) miſſa fuit: cujus figuram Matthiolo adpoſuimus. De qua doctiſſ. Fabius Columna: Scandici nulla melius noſtro judicio quadrare videtur, ex nobis obſervatis hucuſque plantis, niſi illa quam doctiſſ. Caſpar Bauhinus, pro Caucalide altera nodoſo echinato ſemine addidit, ſuo Synonymiis ornato Matthiolo, &c.

Caucalidis ſemine aſpero floſculis ſubrubentibus, figuram addere viſum fuit, cum à Cordo quidem & Thalio, ſub Daucidide minore deſcribatur, ſed hujus icon à nemine proponatur.

II. CAUCALIS tenuifolia montana: radice eſt craſſa, ex qua caulis exurgit pedalis, qui ſtatim ad radicem, in cauliculos palmares, rotundos, leves, dividitur, hique in minores ſubdividuntur; quorum etiam minutiſſimis alis ad radicem in tenuiſſima ſegmenta, & quæ in caule, in capillacea, dividuntur. Semen parvum eſt, oblongum, ſtriatum: Iulio Menſe florens, in Sabaudia inter Tarenteſiam & Monaſterium collecta.

DE

Apium hortenſe maximum.

Apium peregrinum foliis ſubrotundis.



DE APIO.

CAPVT XVI.

APIUM hortenſe maximum: ex radice oblonga albida, & pro plantæ magnitudine tenui, folia prodeunt, pediculis palmaribus, & ſeſquipalmaribus, ſtriatis, pallide virentibus, tripartito primum diviſa, quorum quodlibet rurſus tripartitur, ipſæque particulæ triplo quadruplove, quam in Petroſelino vulgo dicto majores, per ambitum inciſæ, pallide virentes: inter hæc caulis cubitalis & ſeſquicubitalis, tenuis, ſtriatus exurgit, in cujus ſummitate folia oblonga, anguſta, minime inciſa, à pictore prætermiſſa. Umbellam habet parvam, albam, exiguis floſculis refertam, quibus ſemina Petroſelini forma, ſed duplo triplove majora, guſtu nonnihil aromatico donata, ſuccedunt. Nomine Apii Anglicani, primum apud nos ſatum. An forte hoc Selino Anguillara opinione 7. intelligendus, quod in univerſa Græcia, potiſſimum in Chio & Creta pro Selino habetur. Hoc in Phytopinace deſcripſimus, & in Matthiolo figuram exhibemus.

APIUM peregrinum foliis ſubrotundis, Cluſius ſub Selino peregrino primo deſcripſit: at quia figuram non adpoſuit, eam hic proponimus.

DE

DE SMYRNIO.

CAPVT XVI.

SMYRNIUM peregrinum folio oblongo: hujus inferiora folia ex radice prodeuntia, Apii foliis ſimilia ſunt, in complures particulas oblongas diviſa, oblongis pediculis donata, per ambitum profundius laciniata, pallide virentia: quæ vero in caule ſunt cubitali, ſtriato, non ſubrotunda, nec duplicia, ut in communi Smyrnio peregrino, ſed eorum primum quidem, uncias ſex longum, tres latum, per ambitum profundius inciſum: ſuperiora vero per quæ caulis ad exortum tranſit, & ſimplicia ſunt, uncias tres longa, duas circiter lata, & ſuperna quæ leviter crenata ſunt, ſenſim minora fiunt: caulis in ſummo brachiatus, & cuilibet alæ, ramuli quaterni, rarius quini, biunciales inſident, feſtucis aliquot, umbellam exiguam floſculorum luteolorum ſuſtinentes: quibus ſemen nigrum, ſubrotundum, ſuccedit: radicem non vidimus. Hoc in horto D. Camerarii crevit, & D. Doldius transmiſit.

DE ANGELICA.

CAPVT XVIII.

ANGELICA ſylveſtris hirſuta inodora: radicem habet craſſam & fibroſam, foris pullo cortice tectam, intus albam, redivivam & odore medicato: caulem cubitalem, in breves alas brachiatum, parte inferna, pauciſſimis pilis cinctum, nigrum: folia Angelicæ ſylveſt. ſive Podagrariæ æmula, in alas, modo binas, modo ternas, eaſque aliquando uncias quatuor longas, tres latas, aliquando vix unciales, diviſa, in ambitu profunde inciſa atrovirentia, hirſuta, quarum pediculi hirſutie aſperi ſunt: umbellam habet parvis floribus albis refertam, quibus ſemen oblongum nigricans ſuccedit. Hanc ex Luſatia, nomine herbæ Podagrariæ cognatæ, D. Francus miſit, cujus in horto Luſatiæ meminit.

Sphondylium alpinum glabrum.



DE SPHONDYLIO.

CAPVT XIX.

I. SPHONDYLIUM hirſutũ foliis anguſtioribus: hoc à vulgari foliis ſolum differt: nam cum vulgare foliis ſit amplis, plerumq; ex quinque partibus latis ſubrotundis compoſitis: hoc folium habet, in lacinias oblongas, anguſtas, acuminatas, haſque in alias, inordinate tamen diviſas, & per marginem crenatas. Hoc in pratis alpinis Rhæticis obſervavimus: dein ex Luſatia à D. Franco accepimus.

II. SPHONDYLIUM alpinum parvum: ex radice caulis exurgit pedalis, qui in ſummo in alterum ramulum triuncialem, dividitur: quem folia cingunt pallide virentia, longis pediculis donata, quæ in partes tres, vel etiam quinque alias ſubrotundas, alias acutas, per marginem crenatas & hirſutas, dividuntur umbella floſculis candidis, latis tamen, ſummo cauli inſidet, quibus ſemen plenum, latum ac tenue, ſuccedit. Tota planta leviſſimis pilis pubeſcit. Ex Auſtriæ alpibus, D. Burſerus miſit.

III. SPHONDYLIUM alpinum glabrum: radice eſt craſſa, eaque alba, caule bicubitali, geniculato: foliis ficulneis, glabris, quæ abſque pediculo, palmum longa, duas lata ſunt, communiter tripartitis, ſed non uſque ad pediculum diviſis, per marginem crenatis: quorum inferiora pediculis palmaribus, hiſpidis & ſubaſperis donantur: caulis ſummo, umbella floſculorum candidorum, ſed quam in reliquis ſpeciebus minorum, inſidet: ſemen ſuccedit ſubrotundum, planum, cujus ſummitati apex infigitur. Hoc ſolum in monte Waſſerfall & quidem ab anno 1595. uſq; ad præſentem annum 1618. Iulio menſe & florentem & ſemine prægnantem, obſervavimus.

DE LIBANOTIDE.

CAPVT XX.

I. LIBANOTIS latifolia, aquilegiæ folio: radice eſt craſſa, fibroſa, cortice inæquali, quaſi rugis tranſverſis aſperata, fuſciq; coloris, recta, medulla candida, amara, modicum quid Aroma & Ariſtolochiam ſapore redolens: ad cujus caput, pili tanquam veterum foliorum defluxorum fibræ ſolidiores & nigræ: etenim folia, quæ numeroſa ex radicis capite longis pediculis emergunt, una parte quaſi vaginato exortu (nimirum ea quæ craſſiora & latiora ſunt, ut & ea, quæ ex caule prodeunt) eundem, tanquam mẽbranacea ſiliqua circumdant, articulo craſſiore, lineaque transverſa: quæ craſſa ſunt, rigida, glabra, viridia & ſplendentia, ſubtus candicantia, fibris majoribus ſubpurpureis tranſcurrentibus, quæ licet inſtar foliorum Aquilegiæ dividantur, non tamen omnia in pares lacinias (Aquilegiæ laciniis latiores) fiſſa ſunt: inferiora namque in vegetiore planta, plerumque quinq; folia habent, ex triplici rami diviſura, alias tria, tribus pediculis inſidentia. Caulis unicus eſt, cubitos tres quatuorve ſuperans, rotundus, ſtriatus, nodis diſtinctus, ſubalbicans, puniceo colore aliquando admixto, in tria, quatuor, vel quinque

brachia diſtributus, quæ umbellam magnam, ex longiſſimis feſtucis & floribus albis parvis compoſitam, ſuſtinent: ſemen ſuccedit longum, latum, ſtriatum, geminum, puniceum, guſtu ſubamarum, Cumini ſaporem imitans, aromaticum, modice excalefaciens, & ſalivam ciens. Hoc D. Dodonius Norinberga ex D. Camerarii horto, nomine Seſeli Æthiopici folio Aquilegiæ miſit, cujus Camerarius, (ſed ſine deſcriptione) in ſui horti Catalogo, ſub Seſeli Æthiopico altero meminit, & ſemen odore & ſapore aliquantulum Cinamomum repræſentare ſcribit.

II. Libanotis latifolia minor ſemine criſpo: hæc à vulgata potiſſimum foliorum magnitudine & numero, ſeminiſque forma differt: cum in vulgata ſingulæ foliorum alæ, magna ex parte quina folia habeant, uno extremam alam occupante: at hæc in primis duabus alis, tria tantum, & in media ala, quinque obtinent, per ambitum communiter ſerrata, quædam tamen unam alteramve profundam inciſuram obtinent: ſuperne atrovirentia, inferne vero ſubcinericei quodammodo coloris, magnitudine unciam, vel ſeſquiunciam vix excedentia. Caule cubitali, glabro umbella parva floſculorum alborum inſidet, quibus ſuccedit ſemen breve, ſubrotundum, eleganter criſpatum. Hanc ex Italia D. Neudorfferus, nomine Coſti amari ſemine criſpo, attulit.

DE CARVI.

CAPVT XXI.

Carvi alpinum: planta palmaris eſt & glabra, ex radice oblongiuſcula nigricante, aromatica, folia emittens oblongis pedicu-lis donata, foliorum Carvi modo, in paulo tamen majora ſegmenta, diviſa, pallide virentia: caulis modo unus, modo duo, tenuis, ad uncias ſex exurgens, ſupra medium nudus, in quinas ſenaſve feſtucas inſtar umbellæ abiens, quarum ſingulæ floſculos aliquot, quaſi in capitulum junctos, ex flavo rubeſcentes, ſuſtinent. In Pyraneis montibus D. Burſerus legit.

DE PIMPINELLA.

CAPVT XXII.

I. Pimpinella ſaxifragia tenuifolia: ex radice oblonga, caulis pedalis viridis, lævis, ſtriatus, geniculatus, ſtatim ad radicem in ramos, & hi in tenues alas diviſus, exurgit: folia habet in tenues primum, dein pene capillaceas partes diviſa: floſculi exigui, pauci, albicantes, in parva umbella; ſemen non vidimus, copioſe ad lacum Genevenſem provenit.

II. Pimpinella ſanguiſorba inodora: hæc à ſanguiſorba minore vulgata, differt foliis & odore: nam in hac folia longiora ſunt, quæ in illa magis rotunda, ſunt in hac inodora, in illa odora. Hanc Pimpinellæ minoris Hiſpanicæ nomine, D. Gillenius miſit.

Seſeli paluſtre lacteſcens.



DE SESELI.

CAPVT XXIII.

I. SESELI montanum Cicutæ folio ſubhirſutum: ex radice craſſa, folia lata, Cicutariæ, vel Myrrhidis Fuchſii inſtar, in multas alas diviſa, nigricantia, leviſſimis pilis, præſertim ipſi pediculis aſperſis, ſubaſpera: caule ſeſquicubitali & altiore, craſſo, ſtriato, cavo, nodoſo, pilis pauciſſimis donato, in alas brachiato, foliis paucis, prioribus ſimilibus, ſed minoribus cincto: in ſummitate, umbella magna alba: floribus ſuccedunt ſemina oblonga, gemella, tenuiſſimo apice donata, Carvi ſapore. Hoc in altiſſimo monte Waſſerfall, æſtate florens, inter ſaxa reperimus.

II. SESELI pratenſe tenuifolium, ſive Daucus pratenſis tenuifolius: caule eſt cubitos duos ſuperante, rotundo, ſtriato, nodoſo, ſuperne in ramos brachiato: foliis inſtar Paſtinacæ tenuifoliæ ſylveſtris diviſis: umbellam habet ex parvis albis floribus compoſitam, quib. ſuccedit ſemen parvum aromaticum, & tota planta paſtinacæ odorem refert: in pratis udis Michelfeldæ provenit.

SESELI paluſtre lacteſcens: cum Camerarius in ſuo horto ſub Seſeli paluſtri deſcripſerit, ejus figuram prætermiſſam, addere placuit.

DE LIGVSTICO.

CAPVT XXIV.

LIGVSTICVM ſive Siler montanum anguſtifolium: caule eſt tenui, cubitali, in alas brachiato, quę umbellam albam parvam ſuſtinent, foliis paucis, in ſegmenta anguſta, oblonga, peucedani inſtar (ſed longe breviora) diviſis, quæ in alis, fere capillacea: prope oppidum Stain Auſtriæ, D. Burſerus legit.

DE FILIPENDVLA.

CAPVT XXV.

FILIPENDVLA minor: radicem habet rufeſcentem, in filamenta extenuatam, ſed per extrema glanduloſam: folia duas treſve uncias longa, ſemunciam lata, ex ſegmentis pluribus, tenuiſſime diviſis ambitu ſerratis compoſita, veluti Potentillæ, duriora tamen & ſaturatius virentia, inter quę cauliculus palmo minor in medio foliolo cinctus, exurgit, aliquando ſimplex, aliquando in ſummo bifidus, ovi coma floſculorum albidorum, ſtaminulis præditorum, aliquando quaſi in capitulum compactorum, inſidet: ſuccedit ſemen, inſtar racemi parvi coactum. In aſperis circa Monſpelium legimus.

DE CRISTA GALLI.

CAPVT XXVI.

I. CRISTA Galli umbellata: radice eſt tenui, parva, caule palmo parum altiore, tenui & erecto: foliis paucis, unciam longis, anguſtis, per ambitum crenatis: caulis ſummo flores plures, lutei, quaſi in umbella diſpoſiti, triplo majores & latiores, quam in vulgari, quibus

valvulæ latæ membraneæ, ſemen continentes, ſuccedunt. In Caſtiliæ agris, D. Albinus legit.

II. Crista galli anguſtifolia montana: hæc caule eſt cubitali, anguloſo, foliis oblongis, anguſtis, acuminatis, margine crenatis, binis ſibi ex oppoſito correſpondentibus, ex quorum alis foliola minora prodeunt, & plerumque cauliculus, unam alteramve unciam longus, minutiſſimis foliolis cinctus: ipſe vero caulis, in ramos ſemipalmares, etiam longiores, dividitur: quibus flores pallidi, eo, quo in vulgari, ordine, ſed longe minores inſident, quibus valvula, ſemen latiuſculum includentes, ſuccedunt. Hæc in montibus urbi vicinis provenit.

Valeriana alpina prima.

DE VALERIANA.

Caput XXVII.

I. Valeriana paluſtris major profunde laciniata: hæc è radicibus albis, oblongis, villoſis, intricatis & odoratis, plures quam quinquaginta emiſit caules, latos, foliis Valerianæ ex uno latere caulis dependentibus, ſed multo majoribus, & inciſuris profundioribus in aliquibus duplici ſerie luxuriantibus & propendentibus, veſtitos; quæ, ut & radices, odorem Valerianæ vulgaris habent: flores non vidimus. Hæc prope urbem Pudiſſinam in loco paluſtri, à D. Franco ſeniore inventa & eruta.

II. Valeriana paluſtris inodora parum laciniata: ex radice fibroſa, leviter Valerianam redolente, folia ſubrotunda, minime laciniata, pallide virentia, longis pediculis donata, prodeunt: inter quæ caulis cubitum ſuperans, exurgit: quem rara folia, primis, forma & longis pediculis ſimilia, bina ex adverſo reſpondentia, cingunt, quæ aliquando ad modum Valerianæ hortenſis, ad exortum in lacinias diviſa, inodora ſunt: caulis ſummo, flores quaſi in umbella ſparſa, pallide rubentes, inſident. In paluſtribus noſtris Michelfeldenſibus frequens, licet raro cum flore reperiatur, cum in fœniſecio abſcindi conſueverit.

III. Valeriana alpina prima: ex radice oblonga, odorata, caulis unus (rarius plures) cubitalis, ſtriatus, prodit: folia ad radicem plura, longis pediculis donata, ex rotunditate acuminata, ſinuata, aliquando laciniata & in crenas profundiores diviſa, pallide virentia: quæ vero caulem ambiunt, pauca ſunt, bina ternave juncta, oblonga, inciſa, binis alis pleraque donata: flores in ſummo caule pallide purpuraſcentes, veluti umbellæ inſident, quibus ſemen exiguum ſuccedit. Iulio menſe florentem in monte Waſſerfall collegimus, ut in Phytopinace monuimus, quam etiam ex montibus Genevenſ. accepimus.

Valeriana alpina ſcrophulariæ folio.

Valeriana peregrina purpurea.



IV. VALERIANA alpina ſcrophulariæ folio: radice eſt nigricante, aliquantum toroſa nodoſave: caule cubitali & ſeſquicubitali, cavo, ſtriato, viridi (aliquando pluribus) folii ſenis, ſeptenis, longis pediculis donatis inſident, quorum quædam ſubrotunda, quædam oblonga, quædam leviter ſinuata: at quæ caulem cingunt, pauca ſunt, ſcrophulariæ foliis æmula, uncias tres longa, ſeſquiunciam, vel unciam lata, acuminata, leviter crenata, bina ſemper juncta: caulis, in ſummo, in longas tenues alas brachiatur, quibus flores pallide rubentes, Valerianæ ſylveſtri ſimiles inſident: eodem loco ubi & prior provenit: utraque ſub Valeriana montana prima & altera in Phytopinace propoſita fuit. Videtur Cluſius utramq; una deſcriptione & figura expreſſiſſe, Valerianæ ſylveſt. alpinæ primæ latifoliæ nomine.

V. VALERIANA alpina minor planta palma minor, foliis ad radicem, primis quidem parvis, ſubrotundis, ſubſequentibus ſeſquiuncialibus, ſcabioſæ parvæ inſtar in lacinias acutas diviſis: inter quæ cauliculus unciarum ſex exurgit, binis terniſve foliis, in ternas, vel quaternas lacinias anguſtas diviſis, cinctus: in ſummo, umbella, floſculos purpuraſcentes ſuſtinens: ex montibus Pyrenæis, D. Burſerus attulit.

VI. VALERIANA peregrina purpurea alba ve: ex radice parva, fibroſa, albicante, caulis exurgit pedalis, rarius cubitalis, tenellus (ut ſæpe in terrā reclinet) viridis, cavus, ſtriatus, nodoſus, & utplurimum ad ſingulos nodos in binos ramos diviſus, horumque aliqui, in alios breves ramu-

ramulos ſubdividuntur. Folia habet pallide virentia, pauca, duas treſve uncias longa, unam, rarius duas, lata, Nardi montanæ ſimilia, ex adverſo bina ſita, mollia, craſſiuſcula, quorum ſuperiora interdum ſinuoſa, & ad exortum in crenas diviſa, & fere inſipida: ramulorum ſummis flores inodori, elegantiſſime purpurei, vel albi, plures in caput congeſti, longiuſculi, extrema parte aperti, & in quinque lacinias diviſi, quorum duæ ſuperiores breviores & latiores, inferiores tanquam labra pendulæ, & media reliquis longior; quibus ſuccedunt vaſcula oblonga, latiuſcula, calices referentia incurva & fibroſa, in quibus ſemen, altero tamen vaſculo incluſum, quod craſſiuſculum, fungoſum, nigricans. Annua eſt planta, ſingulis annis ſerenda, quę pro tempore ſationis, citius tardiuſve in hyemem uſque floret. Sponte quidem in Latio provenire audio, in loco quodam Siculo dicto (unde Valeriana Sicula) & in Sabinis ubi flore albo D. Vorſtius obſervavit: utramque & purpureo & albo flore in horto meo habui. Hanc ante annos viginti tres D. Paſchalis Gallus, Valerianæ Indicæ Imperati nomine, Patavio miſit: dein Nardi Creticæ nomine, ſemine à Caſabona miſſo, in horto Montembelgardiaco crevit. Verum nobiliſſ. Cortuſus, Tripolium eſſe voluit, cujus opinioni favet icon Tripolii in manuſcripto Codice Dioſcoridæo, quem Illuſt. Pinellus Patavius in ſua Bibliotheca habebat. In Phytopinace & Matthiolo deſcripſimus, & utrobiq; figuram adpoſuimus: nunc à Cluſio Valerianæ Indicæ appellatione proponitur.

VII. VALERIANA rubra anguſtifolia: hæc à Valeriana rubra dicta, potiſſimum foliorum anguſtia differt, quæ linifoliis anguſtiora, breviora, in acumen deſinentia, rigidiuſcula & pallida, caulem rotundum, nodoſum inordinate cingunt: verum tota planta, altera minor eſt, & in monte Baldo collecta.

NARDO CELTICÆ SIMILIS INODORA. CAPVT XXVIII.

NARDO celticæ ſimilis inodora: radicula eſt oblonga, rufeſcente, capillata, ex qua folia aliquot oblonga, in latitudinem paulatim ſeſe laxantia, longis pedicellis donata, viridia primum, dein flaveſcentia exurgunt, inter quæ cauliculus tenuiſſimus, palmaris, rarius altior, effertur, circa cujus medium foliola duo oblonga, anguſtiſſima: cauliculus in pedicellos abit, qui floſculos oblongos, pallidos, ut in Celtica ſuſtinent, qui in ſemina exigua abeunt. Inodora eſt: hanc in Baldo & Alpibus Sumano conterminis, legimus, & in monte Drawenſtein Auſtriæ D. Burſerus collegit, & Valerianæ alpinæ parvæ latifoliæ nomine, miſit.

LIBER

LIBER QVINTVS.

DE SOLANO.

CAPVT I.

Solanum tuberoſum eſculentum.



I. SOLANUM tuberoſum eſculentum: caulem habet ad duorum triumve cubitorum, rarius in viri altitudinem exurgentem, craſſum, anguloſum, ſtriatum, leviter hirſutum, in multos ramos infirmos, in terram, niſi adminiculo ſuſtineantur, procumbentes, brachiatum, ex quorum alis pediculi craſſi, anguloſi, flores ſuſtinentes, prodeunt. Folia quæ primo naſcuntur, Barbareæ ſimilia ſunt (quemadmodum figura noſtra & Matthiolo & huic libro addita eleganter, cum omnibus plantæ partibus, exprimit) ex atro purpuraſcentia, ſubhirſuta, cæteris pallide virentibus, abſque pediculo, palmum longis, in ſex, octo, plures & pauciores partes, ex una coſta dependentes, diviſis, ex rotunditate oblongis, integris, quibus ſingulis, duo ſextuplo minora interjiciuntur, & ſemper pars una, quæ ſeptima vel nona, cæteris major, alæ ſummo additur. Flores elegantes, exterius ex purpura candicantes, interius purpuraſcentes, vel ex cæruleo purpuraſcentes (flore pleno in Auſtria haberi ajunt) deni, duodeni aut plures,

Digitized with financial assistance from the
Government of Maharashtra
on 15 June, 2016